DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

HYDROPE ANASARCA.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOANNES SMYTH, A. B.

TRIN. COLL. DUB.

HIBERNUS;

SOC. MED. HIB. OLIM SOCIUS,

SOC. PHILOSOPHICO-LITERAR. SOC. EXTRAORD.

NEC NON,

SOC. HIST. DUBL. ET SOC. SPECUL. EDIN.

SOC. HONOR.

AD DIEM 24 JUNII, HORA LOCOQUE SOLITIS.

Denique pro vivo vitiatas sanguine venas
Lympha subit.——— OVID. MET.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO.

APUD ROBERTUM ALLAN.

MDCCXCV.

THE PRACTICE OF MEDICINE is one of the moſt honourable profeſſions exerciſed among the ſons of men ;—a profeſſion which hath been revered at all periods, and in all nations, and even held ſacred in the moſt poliſhed ages of antiquity. The ſcope of it is to preſerve the being, and confirm the health of our fellow-creatures; of conſequence, to ſuſtain the bleſſings of ſociety, and crown life with fruition. The character of a Phyſician, therefore, not only ſuppoſes natural ſagacity and acquired erudition ; but it alſo implies every delicacy of ſentiment, every tenderneſs of nature, and every virtue of humanity.

SMOLLETT.

AVUNCULO SUO CARISSIMO,

GULIELMO SMYTH,

ARMIGERO,

CUI DEBETUR

QUOD HUC USQUE

IN STUDIO LIBERALIUM ARTIUM

ET MEDICINÆ

PROGRESSUS EST,

BENEFICIORUM TALIUM ET TANTORUM

HAUD IMMEMOR,

HOC OPUSCULUM,

ANIMO QUAM MAXIME GRATO,

D. D. C. QUE

JOANNES SMYTH.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

HYDROPE ANASARCA.

Auctore, *JOHANNE SMYTH.*

HYDROPS ex iis morbis eſt qui vitae maxime infeſti ſunt, multum praeterea moleſtiae ſecum fert, ſaepiſſime homines afficit, et frequenter lethalis evadit; igiturque naturam ejus et curationem medicos probe cognoſcere oportet. Quoniam omnes ſpecies Hydropis percurrere limi-

tes hujuſmodi diſſertationum prohibent, de ſpecie tantum ANASARCA dicta, mihi diſceptare in animo eſt.

MORBI DEFINITIO.

CORPORIS totius vel partis ejus intumeſcentia mollis, inelaſtica.

HISTORIA MORBI.

ANASARCA fere a tumore pedum ac malleolorum, qui veſpere praecipue obſervatur, initium ſumit, praeſertim ſi aeger diu ſteterit, vel multum per diem ambulaverit; mane vero plerumque evaneſcit, vel multum ſaltem imminuitur. Cutis preſſurae veſtigia retinet. Morbo progrediente tumor gradatim aſcendit, femora, abdomen, thoracem, et poſtremo faciem, manus, et totum corpus occupans.

pans. Tumor pro corporis positione sedem mutat; aqua enim gravitate sua inferiores partes, magis quam superiores, petit. Palpebrae ita saepe tument, ut visus fere intercludatur. Tantum aliquando distenditur cutis, ut aqua per poros ejus stillet, vel cuticula in vesiculas elevetur, quae cito disrumpuntur, et sic ulcera sanatu difficillima producunt, superveniente haud raro gangraena. Functiones omnes nunc magnopere laeduntur. Ab initio morbi, urina copia diminuitur, et plerumque subrubra est, sedimentum lateritium copiose deponens. Cutis magis solito arida fit, et sitis perpetuo urget. Alvus plerumque astricta est, sed aliquando supervenit diarrhaea. Tussis sicca, noctu praecipue molesta, cum dyspnoea et anxietate aegrotum fatigat. Arteriarum ictus plerumque solito frequentiores, et nunc parvi et debiles, nunc tardi et irregulares sunt. Symptomata omnia nunc ingravescunt. Aegri vires magnopere franguntur, ita ut musculi vim contrahendi amisisse videantur. Aegrotus nausea frequenter vexatur, syncope aliquando superveniente; et, aucta jam spi-

randi difficultate, vix decumbere poteſt. Febricula fere continua miſerum opprimit; et, debilitate magna accedente, tandem e vita tollitur.

DIAGNOSIS.

INTER morbos qui ſpeciem Anaſarcae prae ſeſe ferunt, praecipui ſunt POLYSARCIA et EMPHYSEMA.

POLYSARCIA ab ea facile his ſignis diſtingui poteſt. In Polyſarcia tumor impreſſionem digiti non retinet, nec ſedem pro corporis poſitione mutat; gradatim praeterea accedit, originem a victu lautiore plerumque ducens; ſitis quoque non augetur, nec diminuitur urina.

EMPHYSEMA, quamvis primo intuitu cum Anaſarca confundi poſſet, tamen ſatis ab ea dignoſcitur ſono crepitante, qui preſſura partibus affectis adhibita

adhibita percipitur; et ex eo quod Emphyſema repente invadit, haud ita Anaſarca.

CAUSA PROXIMA.

Causa hujus morbi proxima, in aucta exhalatione, aut diminuta abſorptione fluidi ſeroſi conſiſtere videtur. Arteriae enim exhalantes humorem ſeroſum vel aqueum conſtanter effundunt, quo omnia corporis cava irrorantur. Ne vero hic liquor ſtagnetur, vel ultra modum accumuletur, cavent vaſa lymphatica, quae eum conſtanter abſorbent. Igitur ſi augeatur exhalatio, non diminuta abſorptione; vel diminuatur abſorptio, exhalatione eadem manente; vel demum ſi augeatur exhalatio, et ſimul diminuatur abſorptio, neceſſe eſt ut fiat accumulatio fluidi ſeroſi, et ſuperveniat Anaſarca.

CAUSAE REMOTAE.

Hae in Praedisponentes et Excitantes jure dividuntur.

CAUSAE PRAEDISPONENTES.

Praecipuae ſunt vita ſedentaria, aetas provecta, diaeta tenuis, liquorum ſpirituoſorum uſus immodicus, aer frigidus ac humidus, evacuationes copioſae et frequentes, excretionum ſuppreſſio, et affectus animi deprimentes.

CAUSAE EXCITANTES.

Hae ſub duobus capitibus complecti poſſunt:—

I. Exhalatio Aucta.

II. Absorptio Imminuta.

I. Exhalatio Aucta.—Quae oritur ab his caufis fequentibus :

1. Ab omnibus quae recurfui fanguinis venofi refiftunt. Impedimenta talia oriri poffunt a venis compreffis tumoribus, &c. vel polypis in venis exiftentibus ; item a cordis polypo, vel hepatis vel pulmonum obftructionibus.

2. Ab omnibus quae copiam praeternaturalem fluidi ferofi in vafis fanguiferis accumulant. Talis accumulatio oriri poteft a liquidis praeter modum ingeftis, item ab interruptis, vel fuppreffis his excretionibus, quarum ope pars fanguinis tenuior e corpore tranfit, quales funt fudor et urina. Oriri quoque poteft ab infolita et nimis larga evacuatione, praecipue a fanguinis abftractione.

3. A ruptura lymphaticorum vel faccorum, quae quamvis caufa Anafarcae raro exiftat, tamen non defunt exempla quae oftendunt eam huic morbo aliquando anfam praebuiffe.

II. Ab-

II. Absorptio Imminuta.—Quae oritur,

1. Lymphaticis ipſis, vel glandulis eorum obſtructis. Haec obſtructio pro cauſa Hydropis vix haberi poteſt, niſi aliis cauſis ſibi ſimul adjunctis; nam lymphaticorum anaſtomoſes adeo ſunt frequentes ut huic incommodo occurrere facile poſſunt; tamen nihilominus certum eſt abſorptionem hac cauſa, quamvis non in totum ſupprimi, multum diminui poſſe, et ſic morbo favere.

2. Venarum obſtructione in iis partibus lymphaticis carentibus. Anne haec cauſa vero unquam exiſtat forſan dubitari poteſt, quoniam ab analogia admodum probabile eſt nullam corporis partem vaſis lymphaticis in totum carere, quamvis, ut in cerebro, ſenſibus noſtris non obvia ſint.

3. A lymphaticorum atonia. Haec a debilitate univerſali oriri poteſt.

RATIO

RATIO SYMPTOMATUM.

I. "Anasarca fere a tumore pedum ac "malleolorum incipit."—Artuum inferiorum tumor ab humore in membranam cellularem effuſo pendet; namque aqua vi gravitatis ima ſemper petente, cellulisque ſecum invicem libere communicantibus, neceſſe eſt tumor partes inferiores primo occupet.

II. "Cutis preſſurae veſtigia retinet."—Aqua, preſſura adhibita, in vicinas partes confugit; igiturque cutis digito prementi facile cedit: tono vero et elaſticitate ſua fere in totum amiſſis, haud cito reſilit, et igitur veſtigium digiti pro aliquo tempore retinet.

III. "Cuticula in veſiculas elevatur, quae cito diſrumpuntur, et ſic ulcera ſanatu difficillima "producunt, ſuperveniente haud raro gangrae-

" na."—Serum diu in membrana cellulari ſtagnans, et acrius factum, cutem erodit, hinc ulcera: Gangraena oritur a debilitate, atonia, et flacciditate partium.

IV. " Urina copia diminuitur."—Pars ſanguinis ſeroſa vel aquea, quae per urinam e corpore ejici debet, in membranam cellularem effuſa, neceſſario quantitatem urinae diminuit: renum debilitas praeterea, aliqua ſaltem ex parte, ad eundem effectum producendum conducere poteſt.

V. " Cutis magis ſolito arida fit."—Ab exhalatione per cutem impedita hoc effici videtur.

VI. " Sitis perpetuo urget."—A faucium et linguae ſiccitate oriri poteſt, et hoc a partibus ſanguinis aquoſis in telam cellularem effuſis pendet.

VII. " Tuſſis ſicca cum Dyſpnoea."—Hoc effici videtur pulmonum compreſſione, ſanguiniſque difficili

difficili per eos tranſitu ; interdum vero ab aqua, in thoracis cavum effuſa, proficiſcitur.

VIII. " Arteriarum ictus plerumque ſolito fre-
" quentiores, et nunc parvi et debiles, nunc tardi
" et irregulares ſunt."—In initio morbi, cum corpus langueat, pulſus regularis, quamvis debilis eſt; progrediente tamen morbo, febris lenta plerumque accidit, unde pulſus frequens et irregularis fit.

PROGNOSIS.

Haec a cauſarum notitia, ſymptomatum violentia et duratione, ſimul ac aegri aetate, viribus, corporiſque conſtitutione deducenda eſt. Si morbus ab evacuationibus ſolitis ſuppreſſis initium habuerit, ut ab urina vel perſpiratione impedita, vel ab ulla cauſa, cui facile occurre poſſumus; ſi malum haud diu perſtiterit, et ſymptomata gravia ut urinae parcitas, ſitis magna, dyſpnoea, &c. abſint;

ſi aeger nondum aetate ſit longe provectus, nec morbis antecedentibus vel intemperantia fractus, fauſtum exitum forſan praeſagire licet. Si vero morbus ab obſtructionibus hepatis vel aliorum viſcerum originem duxerit, vel jam inveteraverit; ſi ſymptomata gravia, qualia tuſſis, dyſpnoea, ſitis, febris, &c. urgeant, et ſi aegrotus aetate provectus ſit, viribuſque ejus fractis, prognoſis infauſta ſit oportet.

METHODUS MEDENDI.

Consilia hujus morbi medendi tria eſſe videntur:—

I. Causas Excitantes tollere.

II. Aquam Effusam evacuare.

III. Tonum Systematis restituere.

CON-

CONSILIUM PRIMUM.

I. Causas Excitantes tollere.

Aliquae ſunt cauſae excitantes, ad quas removendas, ut antea dictum, nulla valent conſilia, nulla valent medicamenta; polypus cordis, exempli gratia, vel oſſificatio valvularum ejus. Si morbus oriatur a ſcirrho hepatis, vel alius viſceris, ut ſaepe evenit, ut amoveatur obſtructio ſumma ope niti oportet. Inter medicamenta huic fini reſpondentia, praecipua ſunt chryſtalli tartari, hydrargyrum et cicuta. Haec aliquando, quamvis raro, huic vitio occurrunt. Si igitur diu perſtiterit morbus, et a ſcirrho pendere videatur, ad haec et hydrargyrum imprimis confugiendum eſt. Si morbus ex ſuppreſſione ullius excretionum naturalium originem duxerit, ſumma opera danda eſt, ut reſtituatur. Aegrum imprimis quoque admonere debemus,

bemus, ut causas quae ad morbum augendum valent, quam sedulo vitet; qualia sunt victus tenuis et aquosus, desidia, ebrietas, venus immodica, &c.

CONSILIUM SECUNDUM.

Aquam Effusam evacuare.

Duplici ratione perficitur consilium hocce; humor enim effusus evacuari potest vel viis arte factis, vel per remedia vasorum excernentium vim stimulantia et augentia. Variis modis arte detrahitur aqua, nempe, Vesicatoriis, Fonticulis, et Puncturis.

Vesicatoria.—Haec a nonnullis medicis laudata fuere; tamen alii, haud immerito, ut videtur, eorum usum improbant, quoniam gangraena eorum applicatione induci potest.

Fon-

Fonticuli.—Hi quoque gangraenam inducere solent, praesertim morbo provecto, cum partes flaccidae sint; tamen aliquando in initio, infra genu facti, haud inutiliter adhiberi possunt.

Puncturae.—Puncturae omnium horum remediorum optimae sunt; nam aquam non solum cito detrahunt, sed etiam partibus labem minorem inferunt. Cum hoc modo aquam evacuare cupimus, optimum est ut puncturae parvae fiant, digitosque duos inter se distantes; primum supra genu; deinde, si necesse fuerit, ad partes inferiores gradatim et caute descendendum est; quo enim longius a corde distent incisiones, eo majus est gangraenae periculum. In hoc faciendo cura maxima adhiberi debet, ne venae, nervi, aut tendines vulnerentur; partibus quoque incisis mitius aliquod unguentum, ut ceratum commune, applicari debet. Si gangraenae appareant signa, remedia externa, ut fotus calidi, stimulantia, &c. interna quoque, ut cortex peruvianus et vinum, liberaliter adhiberi debent.

Nunc

Nunc de remediis aquoſas ſecretiones augentibus differendum eſt. Haec ſunt EMETICA, CATHARTICA, DIURETICA, SUDORIFICA, et SIALAGOGA.

EMETICA.—Cum exempla quaedam non deſint vomitiem ſpontaneam aliquando morbum curaſſe, ita arte excitata utilis eſt. Emetica, quanquam remedia dubia, et forſan non periculo vacua eſſe apparent, nihilominus vero aliquando certe haud parum proſunt, vim vaſorum lymphaticorum abſorbentem augendo, ut fluxus urinae aliquando ſubſequens evidenter teſtatur. Aliquando, ut docemur in Clinicis Factis Doctoris HOME, ita profuerunt emetica, ut quantitas aquae magna eorum uſu ex ventriculo rejecta fuit. Morbo igitur incipiente, niſi dyſpnoea vel comatis ſigna uſum eorum vetuerit, forſan non ſine commodo uſurpari poſſunt. SYDENHAMUS clarus multum fiduciae in emeticis collocavit, et croco metallorum, qui tum movet vomitum, tum alvum purgat, uſus eſt. Sed in

in omni exemplo aegroto molestiam facessit, et in hydrothorace periculo non vacat.

CATHARTICA.—Cathartica sæpenumero prospero cum eventu adhibentur. Haec in classes duas dividi possunt; in *Acria* scilicet, et *Mitia*.

Acria.—Haec, quanquam olim magnopere laudabantur, tamen rarius praescribuntur, quia corpus ultra modum debilitando malum augere possunt. In initio tamen morbi, cum vires pene intactae sint, cum fructu forsan uti possunt. Drasticorum praecipua sunt, gambogia, jalapium, elaterium, et scammonium: Ex his, gambogia, et jalapium, cum Mercurio dulci consociatum, plerumque praescribuntur. Medicamenta hujusmodi singulis diebus, vel intervallis quam brevissimis, quod alioquin morbum potius augeant quam levent, summus jussit SYDENHAMUS. Hoc in modo nihilominus data summam debilitatem faciunt, et igitur ad mitiora, quae vires aegroti non adeo convellant, et aliquamdiu uti possunt, confugiamus oportet.

Mitia.—Haec ſunt ſales neutrales, quorum optimi videntur eſſe chryſtalli tartari, qui ſatis magnis doſibus, et frequenter repetitis, adhiberi debent; et ſic magnopere proſunt, alvum leniter ciendo, urinamque movendo. Hoc remedium ſaepe a celeberrimo Profeſſore HOME, in Noſocomio Edinenſi, optimo ſucceſſu uſum eſt.

DIURETICA.—Renes exitum aquae naturalem praebere videntur, igiturque haec remedia maximi momenti ſunt, et haud raro multum proſunt. Omnibus aliis remediis facile antecellunt in eo quod corpus debilitate non afficiant, et ergo per temporis ſpatium longius, quam ullum aliud remediorum genus, adhiberi poſſunt. Praecipua medicamenta diuretica, et quae maxime laudantur ſunt, *Scilla*, *Chryſtalli Tartari*, *Digitalis*, *Nicotiana*, *Colchicum*, *Lactuca Viroſa*, *Allium*, et *Salis Alkalini*.

Scilla.—Hoc remedium a multis ſummis lau-

dibus

dibus effertur, et revera diureticum ſatis efficax eſſe videtur. Effectus optimos praeſtare videtur talibus doſibus ut nauſeam incitaret data. Scillarum doſis, quoad quantitatem, admodum incerta eſt. Scilla exſiccata minus ventriculum turbat, et multo valentior eſt quam recens. CULLENO teſte raro prodeſt, niſi doſi mercurii ſatis larga adjuncta; namque aliter ſaepe alvum movet, nullamque vim diureticam habet.

Chryſtalli Tartari.—Hi in Noſocomio Edinenſi ſummo cum fructu ſaepiſſime dantur, et, ut antea dictum, ſatis magnis doſibus, et frequenter repetitis, adhiberi debent; et ſic magnopere proſunt, alvum leniter ciendo, urinamque movendo. Ad hoc autem efficiendum magna aquae copia ſolvi debent; nam ſi quantitas aquae quae adhibetur parva ſit, urinae ſecretionem haud valde promovent.

Digitalis.—Haec certe aliquando remedium

optimum reperitur; in ea vera exhibenda magnopere cavendum eſt, quoniam nonnunquam effectus vix non lethales edit, ſi incaute adhibeatur: doſibus igitur parvis incipiendum eſt, quae gradatim tantum augere debemus.

Nicotiana.—Hoc medicamentum a Doctore Fowler multum laudatur; cura tamen magna in ejus adminiſtratione adhiberi debet, quoniam vi ejus ſedativa haud aliter quam digitalis aliquando corpori nocet. Urinam certius movet, ſi prius vertiginis vel nauſeae ſupervenerit ſenſus.

Colchicum.—Hoc primum celebravit Doctor Storckius, ab aliis quoque medicis laudatur; tamen de ejus utilitate haud ſine ratione dubitari poteſt. Culleno judice, iners et inefficax eſt.

Lactuca Viroſa.—Haec a Doctore Collin medico Viennenſe, ob vires ſuas diureticas, multum laudatur.

Allium.—Quanquam vires diureticas haud dubie possidet, tamen multa alia fortiora remedia existunt. Pilulae ex allio confectae urinam non satis movent. Nuclei igitur ejus devorandi sunt, namque major quantitas hoc in modo sumi potest, certiusque augetur urina.

Sales Alkalini.—Vix diuretici sunt, nisi large assumpti, nam in dosibus minoribus adhibiti haud multum prosunt; forsan quia tunc, ut CULLENUS celeberrimus conjicit, Alkali parva quantitate sumptum, cum acido ventriculi salem neutrum format. Dosem tamen eorum satis largam difficile dare est.

SUDORIFICA.—Haec remedia semper laudata fuere; eorum usui tamen objicitur, quod debilitatem systemati inferre solent: quoniam vero a perspiratione obstructa haud raro oriri videatur hic morbus, certe commoda haud exigua ab iis sperari possunt, quod experientia satis confirmat.

Pulvis

Pulvis ipecacuanhae compofitus (vulgo Pulvis Doveri) cum liquore aliquo cardiaco, veluti potus, Anglice *Gin Punch* appellatus, omnibus aliis hujufmodi remediis palmam praeripit. Alia quoque, nempe tartarus antimonialis, et vinum antimoniale, vel folum, vel opio conjunctum, haud raro ufurpantur.

Sialagoga.—Inter haec hydrargyrum praecipuum eft; et exempla haud pauca ab auctoribus memorantur, ubi Hydrops ex ejus ufu fanatus eft. Effectum talem edere videtur, non folum falivam, fed alias quoque excretiones augendo, praecipue exhalationem per cutem. Scirrho hepatis, aliorumve vifcerum fubftante, ad curationem morbi optime accommodatur.

CONSILIUM TERTIUM.

TONUM SYSTEMATIS RESTITUERE.

Remedia quae huic consilio optime respondent sunt DIAETA NUTRIENS, EXERCITATIO, MEDICAMENTA TONICA, FRICTIO et FASCIAE, BALNEUM FRIGIDUM, et AER PURUS ac SICCUS.

DIAETA NUTRIENS.—Haec nutriens et concoctu facilis esse debet, qualis caro assa, panisque bene fermentatus. Pro potu, optima sunt vinum rubrum, et cervisia fortis, Londinensis dicta.

EXERCITATIO.—Maxima commoda ex hac oriuntur; tamen semper debet esse modica, ita ut corpus non fatiget. Optimum est, si vires aegri sinant, ambulare; sin minus, curru deferri, aut equitare. Navigatio quoque nonnunquam magnopere proficit.

MEDI-

Medicamenta Tonica.—Horum praecipua sunt, cortex Peruvianus, chalybeata, et amara.—Vis tonica corticis Peruviani neminem latet; magis solet proficere si liberaliter adhibeatur; si vero ventriculus infirmus sit, dosis parva primo administrari debet, et deinde gradatim augeri potest. Quod chalybeata attinet, rubigo ferri, vel tincturae aeque bene ac ullae aliae ferri praeparationes conveniunt. Amara haud parum interdum prosunt, quoniam dum totum corpus roborent, ventriculo praesertim vigorem conciliant.

Frictio et Fasciae.—Frictio haud raro multum prodest. Panno laneo calefacto peragenda est, quem praestat oleo imbuere, ne cuticula abradetur. Frictionis effectibus haud parum favet lenis cum fasciis compressio, quoniam sic fibrae laxae sustinentur, et firmitudo et tonus aliquis solidis comparatur.

Balneum Frigidum.—Hoc remedium tonicis maxime pollet viribus; eo tamen non utendum est,

donec

donec aegrotus convalefcere inceperit, et priftinas vires partim recuperaverit.

Aer purus ac siccus.—Quum aer ficcus et purus hominibus ex omnibus fere morbis convalefcentibus tot eximiis virtutibus gaudeat, vires reficiendo, fibris mufcularibus tonum reftituendo, et animo hilaritatem alacritatemque conciliando; et quum praeterea Anafarca ab aere humido ac impuro haud raro ortum ducat; nil mirum eft igitur eum ab hoc morbo convalefcentibus egregio remedio effe.

Dum hujufmodi remediis vires corporis labefactas renovare conemur, cura quam maxima adhibenda eft fecretiones et excretiones omnes promovere, praecipue perfpirationis et urinae; et fi aliquando praeter normam naturalem diminuantur, has reftaurare, et ad debitum ftatum revocare, fumma ope niti decet.

FINIS.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VITÆ HUMANÆ GRADIBUS.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS, DE VITÆ HUMANÆ GRADIBUS.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

THOMAS JOSEPHUS BRYANTON,

A. B. T. C. D.

HIBERNUS;

SOC. REG. MED. EDIN. SOC.

AD DIEM 24 JUNII, HORA LOCOQUE SOLITIS.

And one man in his time plays many parts. SHAKESPEARE.

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. HOR.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO.

APUD ROBERTUM ALLAN.

M,DCC,XCV.

——Ver proterit æstas,
Interitura, simul
Pomifer Autumnus fruges effuderit: et mox
Bruma recurrit iners. HOR.

FRANCISCO HOPKINS, M. D.

REGIS ET REGINÆ COLLEGII MEDICORUM

DUBLINII SOCIO, &c.

THOMAS J. BRYANTON.

S.

Quod nondum occubo crudelibus umbris, tuum eſt. Tu me, Deo favente, per morbos plurimos, graves, obſcuros, quaſi contrarios, et heu! quam longos conſtanti animo ſuſtinuiſti, et demum ad ſanitatem perduxiſti manu. Tibi, utique, cujus cura indefeſſa, et comitas amabilis me primum medicinæ ſtudium optare, cujuſque peritia, mihi clare ſpectata, id utiliſſimum, ideoque cultu digniſſimum æſtimare coegit, occaſionem hanc quam lubentiſſime arripio me magnopere devinctum eſſe teſtandi. Accipias hoc parvum exiſtimationis, amicitiæ, gratique animi pignus, precor.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

VITÆ HUMANÆ GRADIBUS.

Auctore T. J. BRYANTON.

QUID velit *identitas* hominis, inter Metaphysicos diu et multum disputatum fuit; nec mirum, cum animi indolem et dotes, corporisque fabricam mutationes insignes a partu ad ultimam usque senectutem assidue subire spectemus; quapropter jure observatum fuit, nil magis diversum esse quam hominem quemque sibi.

Varietates quæ animo incidere vitæ decurſu obſervantur, moreſque ætati cuique proprios, ſcriptoris Ethici ac Scenici eſt notare; et profecto quanto ingenii acumine Horatius, et quam concinne et ornate hominum naturæ peritiſſimus iſte Poeta SHAKSPEARE, depinxerunt eas, nemini ignotum. His, igitur, utpote ad meum ſtudium parum attinentibus, prætermiſſis, mutationes quæ in corpore tantum gradatim et ordine progrediuntur, in opuſculo ſequenti monſtrare juvabit; et quædam de morbis, quibus ætates ſingulæ potiſſimum ſunt opportunæ, ac de præſidiis in eos firmiſſimis, ſubjicere.

Particulæ corpus humanum conflantes, revera non manent eædem per temporis ſpatium quantulumcunque; aliæ enim aliis continuo ſuccedunt, ita ut novies vel decies longa decurrente vita corporis materiem redintegrari, vero haud abſimile videtur. Hoc autem minus intereſt inveſtigare, ideoque rationes tantummodo novas partium, atque effectus ab iis oriundos, indagare ſtatui.

Ad

Ad hoc abſólvendum, vitam in certa ſtadia, quantum fieri poſſit, diducere, perſpicuitati haud parum inſerviet. Eorum vero numerum, æque ac limites, authoribus diverſis varie placuit determinare. Quibuſdam vitam humanam in ſeptem dividere ſtadia libuit, alii quatuor, alii rurſus tria eſſe voluerunt: Juris-periti duo tantum agnoſcunt. Mihi ab omnibus iis diſſentire contigit, in ſex enim gradus ætatis dividere, optimum fore videtur; Infantiam, nempe, Pueritiam, Adoleſcentiam, Vigorem Ætatis, Senectutem Viridem, atque Senectutem extremam.

Primum horum vitæ portionem a natu ad dentitionem ſecundam complectitur; proximum exinde ad pubertatem excurrit; tertium anno quinto et vigeſimo in maribus, paulo forſan maturius in fœminis terminatur; quartum ex annis viginti ſequentibus conflatur; luſtrum duodecimum in viris, decimum in fœminis, quintum claudit; vitæ quod reſtat conficit ſextum.

Hæc autem ſtadia exquiſite diſcerni minime vellem prædicare, quia cujuſque initium calci tam

preſſe inſtat antecedentis, ut vix vel mente poſſit diſtingui. Præterea, citius aut ſerius in hominibus diverſis finiuntur ſingula, pro corporis habitu congenito, vitæ victuſque genere, animi indole, rebus proſpere vel adverſe cedentibus.

Sic qui, firma conſtitutione corporis præditus, frugi gnavique fungitur officio, qui bona valetudine utitur, quem animus non deficit æquus et hilaris, cujus denique cæptis omnibus aſpirat fortuna, is demum longioribus ſtadiis fruetur. Harum idcirco diverſitatum e natura vel arte provenientium ratione habita, multa cum licentia vitæ qualemcunque diſtributionem admittere decet.

STADIUM PRIMUM.

Infans jam natus, a ſeipſo in utero degente pluribus in rebus diſcrepat. Prius enim, liquore tepido blando circumfuſus, calorem et nutrimen a matre quodam modo ducebat: nunc miſſa inertia, labores ſuſcipere, et cum rebus novis, variiſque luctari cogitur. Acri ſtimulanti, et quantum ad

ſe

ſe ſpectat, frigido objicitur. Spiritum, igitur, inhalando et exhalando ſanguinem parare, riteque conſervare, calorem quoque magis abunde quam antea reddere, ſit neceſſe. Vis nova oxygenis, per pulmones admiſſa, ei dat copiam hæc efficiendi. Ad has mutationes probe intelligendas, prius quærere oportebit quænam fætui ſunt propria; et quoniam hoc a propoſito nonnihil abducet, quam pauciſſimis abſolvam.

Sanguis per venam umbilicalem rite præparatus et defæcatus a placenta ad fætum revertitur, et ad auriculam cordis dextram, partim per hepar, partim per ſinum venoſum, pervenit; unde pars ejus in auriculam lævam per foramen ovale properat, et hinc per ſiniſtrum ventriculum in aortam effunditur. Reliqua pars ventriculum perfluit dextrum, et ſimul ac arteriam pulmonalem attigit, rivos ſe findit in duos; quorum major cor lævum arterioſo prætervehitur ductu, ut brevius in aortam effundatur; minor alluit pulmones, et vena pulmonali excedens, cor intrat ſiniſtrum, et ſic deinceps per ſyſtema totum aorticum reliquo immiſtus propellitur.

Pulmones ob aeris inopiam collapſi manent, ita ut ſanguinis pauxillum tantum tranſire ſinunt.

Nutriminis aliquid per os aſſumere fætum, nondum eſt ſatis compertum ; nec eſt revera cur credamus.

Hæc omnia, ſtatim poſt partum, mutari incipiunt. Panditur et ampliatur cavum thoracis, ipſius niſu infantis, ſive quaſi quodam appetitu impulſi, ſive oppreſſi et incitati præ ſanguinis exitu ſolito per umbilicum denegato, ſive vagiendi conatu ob aerem irritantem corpori tenero inſueto admotum; quævis demum cunque niſus ſit cauſa, irruit per glottidem aer, ne ſpatium vacuum exiſtat. Hinc, ſanguinis copia major per ramos arteriæ pulmonalis admittitur, et temporis poſt aliquod, in eam ſeſe penitus cor dextrum exonerat : unde in auriculam ſiniſtram per venas rediens pulmonales, protinus per iter ſolitum tranſit in aortam.

Hinc eſt videre, quo viæ priſtinæ modo gradatim imperviæ redduntur : ſanguis enim exitum promptiorem ex arteria pulmonali in pulmones, quam in canalem arterioſum, utpote oblique ſitum

et

et arctiorem, adeptus, posteriorem deserit. Quin etiam aorta, ob arterias collapsas umbilicales, infra canalem antedictum distensa; et sanguinis ob copiam novam illi e ventriculo sinistro influentem, supra canalem tumefacta, sanguinis ex eo egressui obstat, viamque coagulo sinit obturari. Porro, sanguis jam plenius in auriculam sinistram e pulmonibus infusus, valvulam foraminis comprimit ovalis et claudit. Hoc iter tamen illo serius coarctatur, et in paucis quibusdam profecto nunquam ex toto deletur; et tales, sanguinis circuitum, respiratione interpellata, continuare valentes, urinatores eximii fieri solent. Et hic obiter licet observare, his viis per totam vitam apertis animalia amphibia frui.

Infanti in lucem jam edito, est corpus molle, macrum, rubicundum, laxum, vasculis undique scatens. Cor non solum amplum est, sed valide, et crebro admodum sese deplet. Venis tunicæ quam arteriis fortiores sunt atque densiores. Caput est magnum. Artus inferiores mirum in modum sunt exiles, vis quia sanguinis ingens, prius

quam

quam ad eos pervenerit, divertebatur arterias ad umbilicales.

Cerebrum et medulla ſpinalis molis ſunt ingentis, mollia autem ac pene fluida; nervi quoque univerſi ſunt laxi, tenerrimi, et acutiſſimo præditi ſenſu.

Muſculi apprime ſunt imbelles. Quinimo oſſa vix ſunt niſi cartilagines, quamvis numerus eorum eſt inſignis. In cranio, quidem, haud connectuntur, nec etiam ab omni parte ſe mutuo tangunt. Hinc in vertice apparet ſpatium, rhombum figura referens, tegmine omnino oſſeo carens. Alia quoque minora inter alia capitis oſſa obſervantur. Proſunt hæc ſpatia inter partum, capitis figuram mutari ſinendo.

Glandulæ omnes pro corporis mole ſunt grandes, quarum una cavum ex toto ſummum implet thoracis, quoſdam poſt annos evanitura. Cuinam vero uſui glandula hæc inſervit, quam Thymum anatomici nuncuparunt, Phyſiologos inter ambigitur adhuc: Nec futiles de ea recenſere notiones expediet.

Renes

Renes e lobis diſtinctis conſtant. Clauditur meatus auditorius membrana ſubtili. Oculi ſunt grandes: lentes chryſtallinæ, humores, et corneæ colore roſeo ſunt inſignes. Hinc viſum minus eſſe clarum conjicere licet. Pupillæ oculorum ſunt patulæ; et quidem lepidus et ethicus ille * pictor Anglus, cui fere nihil ingenium acre latebat, quique vultus humani mores ac lineamenta unice notabat, pupillas infantuli opinatus eſt eas adulti prorſus adæquare: Sed ſibi illuſiſſe mihi videtur.

Hæc autem omnia, protinus a partu, ſtatus formaſque novas acquirunt. In ſtadio utique primo Thymus multum decreſcit. Oſſa gradatim aliquid roboris adipiſcuntur, et iis ope cartilaginum adnexa, quædam oſſea creſcunt additamenta, quæ Epiphyſes vocantur. Oſſa cranii ſibi invicem inſeruntur, donec ſpatia membranea deleantur. Hoc, in genere, poſt annum ſecundum perficitur; multo ſerius autem nonnunquam partibus in variis, varia poſt tempora, oſſa plura in unum coeunt. Cor glandulæque parum pro rata parte creſcentia,

* Hogarth.

minui videntur. Minus minuſque crebro quotannis arteriæ micant: Et earum extremæ, quibus tota cutis intertexta roſeum exhibebat colorem, delentur.

Anno primo obeſus infans fieri ſolet; unde articulorum quorumvis extenſio rugas formare videtur: Et prima linea faciei, etiamque corporis totius, conficitur arcubus circulorum.

Cum autem exercitatione incipit uti, gracilior aptiuſque compoſitus in dies evadit.

Arteriæ venaque umbilicales, nec non ſinus venoſus et canalis arterioſus, ſanguine priſtino orbata ſenſim collabuntur, ac in ligamenta convertuntur.

Infans creſcit, tardius equidem quam fœtus, mira tamen celeritate: Tantum ſcilicet tribus annis primis, quantum octo vel novem ſequentibus. Sed artus inferiores imprimis augentur mole, propter vim ſanguinis ingentem, quæ ab arteriis umbilicalibus in eos divertitur.

E gingivis infantuli ſemeſtris, inermibus adhuc, dentes prorumpunt anteriores, cibum novum indicantes, pauci profecto, ſed miſello cruciatum inferentes,

rentes, et longa malorum caterva ſæpius ſtipati. Ordo vero integer dentium viginti raro ante annum ſecundum perfectum apparet.

Præ vi cordis et magnitudine, pariterque mollitie ſolidorum cedente, corpus quod ad longitudinem indies, annis potiſſimum primis, tenditur. Præ cauſis iiſdem, ipſarum mole glandularum magna juvante, ſecretiones omnes perficiuntur abunde, unde citiſſima eſt alvus. Cauſæ priori quoque cutis humidiſſima eſt tribuenda. Muſculi infantum tendinibus perexiguis inſtruuntur.

Hoc, ut et laxitas corporis univerſalis, magna ex parte, cibo ſorbili per annos plures conſervatur.

Hoc exiſtente ſtadio inter ſexus minimum intereſt, organis genitalibus, e quibus diſcrimen inter eorum animos æque ac corpora pendere videtur, nondum abſolute explicatis.

Ætas prima morti præ aliis eſt obnoxia. Hoc in urbibus magnis, confertis potiſſimum fit manifeſtum. Sic pars dimidia natorum Londini, ante-

quam in luce tres annos ſint commorati, lugubri fato abripiuntur.

Infantis equidem incauti, et ſolum plorare valentis ſemitam plures obſident morbi, caſſes ex occulto tendentes. Horum nonnulli congeniti, ab hora natali miſellum exercent, cito plerumque conficientes, interdum vero longas per ærumas trahentes: alii per annum unum vel alterum inſidioſe latent, donec viatorem opprimant inopinantem: Dum alii mox memorandi, crudeliores adhuc, flore gaudentes ætatis adoriutur. Sed non ſolum cum hoſtibus cognatis prœlium imbellis inire cogitur; caſus enim innumeri tenellum obiter laceſſunt, atque in valetudinem conjiciunt.

Morbi potiſſimum infantibus formidandi ſunt Aphthæ, Epilepſia, Hydrocephalus, Rachitis, et a vermibus alvum occupantibus irritatio. Horum omnium effugium neſcio an impetrari poſſit, ni votis forſan aliquatenus reſponderet, nutricem comparare valetudine optima fruentem, lacti tempeſtive cibum aliquid fortiorem, haud vero nimis acrem ſupponere, aera conclavis ſemper purum

ſervare

ſervare, puellum ſub dio ſæpius exercere, et omni denique mane aquam in algidam immergere.

> Durum a ſtirpe genus, natos ad flumina primum
> Deferimus, ſævoque gelu duramus et undis.

Hæc, ſi aliquid, Rachitidem imprimis avertent; idcirco cum quævis ſymptomata ejus adventum prænunciant, quæ jam præcepta ſunt religioſe obſervare decebit; imo ſane, nullo in caſu ea negligere fas eſt. Si Hydrocephalus ſit formidini, ſetaceum vel fonticulus ſub occipite aliquid proſit. Morborum ſupra dictorum medelam tractare a propoſito prorſus abduceret.

His morbis annumerare licet Triſmum, Bronchocelem, Anginam Trachealem, atque Anginam malignam. Horum primus his in regionibus raro occurrit: Secundus quodam ſub cœlo vix eſt vitandus: Tertius admodum eſt infrequens, nec niſi mollius eductis, et ſubito frigori objectis, aut ſub cœlo humidiſſimo degentibus, ut opinor, infeſtus: Contagione tantummodo ultimus concipitur.

Quandoquidem magnum per fecretiones fit difpendium, et multo opus eft cibo ad corpus, mirifice crefcens, alendum, dum fimul facile opprimitur ftomachus tener; cibi appetentiam, jure importunam, victu crebro, fed modico, blando, et pro tenera ætate molli explere oportet. Sed menfibus primis, ut lac maternum fit alimentum præcipuum, et natura monftrat, et falus puelli matrifque poftulat.

Infantulorum corpora ne fafciis involvantur, idonei quia motus thoracis et artuum ita nimis impedirentur. Nec veftibus calidis opus eft, vix enim unquam, frigore admoto, aliquid mali patiuntur. Corpora eorum religiofe fervare nitida, et decet et prodeft.

Tempore quo dentes e membrana gingivarum vafculis abundanti et tenerrima exterebrantes angunt infantem, omni cura ab irritatione quavis, ideoque morbis contagiosis falvum præftare oportet.

Anno plerumque feptimo fæpe quidem maturius, interdum multo ferius dira et horrifica Scro-

fula

ſula ſeſe oſtendit. Hujus magnitudo poſtulat morbi, ut non ſolum impetum facienti obviam eamus, ſed etiam, ſi propter ipſum familiæ antehac infeſtum, vel temperamentum quod ei homines reddit obnoxios in puero conſpicuum, anguem latere ſuſpectum habemus, modis jam poſitis, corporis robur ſtabiliatur.

STADIUM SECUNDUM.

Cum jam ſeptimum annum explevit, plura quæ fætum deſignabant, penitus evanuiſſe ſolent; qualia ſunt foramen ovale, ductus arterioſus, ſinus venoſus, &c. Thymus etiam in molem exiguam contractus eſt. Stadio nunc inchoato durante, fibræ validiores fiunt omnes. Minus crebro micant arteriæ. Glandulæ ratam portionem ad cæteras partes debitam et permanſuram acquirunt. Corpus, artuſque præſertim, quod ad longitudinem creſcunt: Lentius vero quam annis proxime elapſis. Muſculi magna ex parte flaccidi manent. Artus macri, præ motu indefeſſo; et perperam adhuc

compoſiti.

compositi. Offa ftabiliora evadunt, dum *epiphyses* firmius iis accrefcunt. Renes, lobulis compreffis, fuperficiem magis æqualem oftendunt.

Sexus parum hactenus inter fe difcrepant; utrifque cutis eft depilis, pellucida, delicata; planæ mammæ; vox arguta; corporis univerfi mollis compago.

Dentibus pridem viginti tantum maxillæ inftructæ, nunc octo et viginti novis ornantur.

Perpaucis hæc ætas morbis tentatur; *Irritabilitatis* infantilis, atque morbis undantis fibrarum tenfionis virilis, pariter expers. Quandoque vermes profecto exercent, vel cutis papulis fœdatur. Cæteroquin, vix ullum epulas præter immodicas, vel exercitationem vires fuperantem, frigore præfertim temere corpori admoto, eft verendum.

Exceffus igitur jam recenfiti cavendi funt; et quibufdam lene quodvis catharticum (ficut Rheum cum Calomelane) certa poft intervalla, eft porrigendum. Minime tamen molliter vivere fuaderem; fed teneris ab unguibus affuefcant tolerare frigus atque laborem. Quem in finem, nil magis

corpus

corpus obfirmat, quam undis quotidie per tempestatum viciſſitudines fidere omnes.

STADIUM TERTIUM.

ÆTATEM hanc, quam alma rerum parens conſuetudinem ad ſexuum gratiſſimam deſignaſſe videtur, omnibus, quæ ad decorum et amabile conducant, ornavit. Sic Juvenis ſolet eſſe comis, hilaris, vultu nitido, oculis animoſis, trunco et artubus apte et ornate compoſitis. Virgo, omni venuſtate affluens, forma tereti et elegantiſſima, rubore lucente in ore niveo formoſo dulce ridenti, inceſſu decenti, moribus manſuetis, omnibus denique prædita illecebris, quæ animum concilient et captent, merito decus humani generis habetur.

Hac ineunte ætate plurima nova ſeſe oſtendunt, notabile inter ſexus ſtatuentia diſcrimen. Puerorum muſculi, eatenus molles laxique, firmiores fiunt, unde membra melius conformáta videntur, et totum equidem corpus ſpeciem meliorem acquirit. Mentum pubeſque ſimul veſtiuntur lanugine, pau-

coſque poſt annos gravibus pilis. Vox rauca, vultus virilis evadit. Grandeſcit inguen, creſcunt teſtes, et idoneum ſecernere liquorem incipiunt: Et his quidem evolutis cæteras mutationes, puero jam puberi incidentes, tribuendas eſſe probabile videtur; quia iis exſectis, vel ætate provectiore marceſcentibus, tota corporis ſpecies brevi vix diſtat a muliebri.

Puellæ, cum nondum tredecimum attigit annum, ſubeundæ ſunt mutationes, diverſæ quidem, haud vero minus inſignes. Poſt enim univerſalis varia ſigna plethoræ, multaque exinde oriunda incommoda, aſpera et difficilia perpeſſu, mucus albidus ex utero pauliſper profluit, cui ſanguinis ipſius eruptio ſuccedens, inſuetam, pavidam, cauſæque incertam percellit. Tempore eodem turgeſcunt mammæ, verendaque pili velare incipiunt. Hæc ab ovariis nunc primum explicatis, auctis, ovaque ſecernentibus, haud eſt veri abſimile provenire: Quia mulieribus effœtis, mentum pilis vacare, mammæque extare brevi deſinunt. Quinetiam fœmina, ovaria cui fuerant exſecta, (ſit mihi fas audita loqui) barba

barba horrida, craſſa, muſculis toroſis, mammiſque depreſſis facta eſt cito inſignis; vigore ſi non virum, ſaltem ſemivirum æmulans.

Sanguinis copia, in fœtu capiti nutrimen et incrementum ſuppeditando potiſſimum impenſa, in ætate prima ſecundaque truncum et membra in longum tendendo verſata, nunc, his magnam in partem confectis, in organa, quorum eſt genus in æva futura conſervare humanum, quo ea rite amplientur, quo receſſus eorum pandantur intimi, et liquores ad generandum neceſſarii ſecernantur, dirigitur.

Cæterum virgini alia adhuc, nec parvi momenti, commoda, hæc loca vis ſanguinis magna occupans præbet. Effluit enim, qua via patet, ora per arteriarum uteri aperta, donec pondus ejus gravans omnino tollatur: Quod tamen certa poſt tempora rediens, effluvium ſimile in menſes provocat, ejuſque ita reditum in conſuetudinem vertit. Fons ſic uber ſanguinis efficitur, quo gravida prolem nondum in lucem editum alat, et quo prorſus ſuppreſſo, tempore partûs novi ſcatent rivi ſuſtentaturi

 natum,

natum. Hi quidem diverſi ſunt generis, alioque in loco apparent, nexu tamen manifeſto cum priori vinciuntur, planeque ab uteri ſtatu prius deſcripto pendent.

Cur vero non tanta moles ſanguinis in ſexus genitalibus alterius exuberet, ſi quis quærat, a diverſa iſtorum, æque ac corporis totius fabrica deducam. Fœminæ imprimis ſunt arteriæ abundantiores quam viro, pro rato numero venarum, hinc (ob pauciores egrediendi vias quæ ſanguini patent) arteriæ ejus ad aperiendum ſunt procliviores. Hoc, vero, promptius in utero locum habet, ubi hæ adprime laxæ et tortuoſæ exiſtunt, dum venæ rigentes curſui ſanguinis obſtant.

Ad hoc, arteriis iſtis, ita tumidis, ora in cavum apertum hiant. Hæc omnia ſanguinis e pudendis fœminæis profluvio faventia, juveni prorſus deſunt.

Grandior tamen illo jam puber eſt plerumque, mollior quia corporis compages cordis vi pandenti levius reſiſtit; quod eam quoque reddit plethoræ magis opportunam.

Anno

Anno poſt pubertatem quarto vel quinto, adoleſcere juvenis ut plurimum ceſſat, et etiamnum levis ac gracilis, dehinc formam valentem ſtabilemque acquirit. Idem circiter tempus Thymus penitus evanuiſſe ſolet: nec non cartilagines, inter oſſa et capita eorum interpoſitæ, eſſe reſorptæ, partibus firmiter concretis. Vox quoque rauca in mollem, fortem, plenamque vertitur.

Flore juventutis fruentes, morbis pectus tentantibus, ſicut Hæmoptyſi, Phthiſi, imprimis laborant. Namque hac ætate ſanguis, genitalibus explicatis, pulmones onerat, perſæpe, gravatque: Nunc enim ſubito et celerrime increſcere ſolet corpus, dum pulmones paſſu haud pari augentur; et quoniam ſanguinis eadem quantitas pulmones et reliquum corpus perfluit, vaſa eorum magnopere diſtendi tandemque cedere accidit: Et hoc iis potiſſimum annis eveniet, queis *ſyſtema* aorticum ſummam adeptum fuerit magnitudinem. Sed hæc cauſa raro ſufficiet, niſi prava pulmonum aut thoracis fabrica primario exiſtat. Quomodo Hæmoptyſis Phthiſim inducit, vel ſi prior ſit poſterio-

ris

ris unquam fons et origo ſola, non hic eſt loci diſceptare; ſcire ſufficit, hunc morbum illius aſſeclam eſſe haud infrequentem. Sed fatendum eſt, quod Phthiſis juvenem aliquando, tuſſi tantum prænuncia, miſerum arripit atque trahit; nec raro ſub hac forma e latebris ſcrofula prodit.

Hinc eſt colligere, quam diligenter et ſuſpicioſe hos conjuratos obſervare oportet, ne intra limen veſtigia ponant. Eorum, igitur, qui propter frequentes impetus tuſſis, vel vultum dictum ſcrofuloſum, aut alia ſcrofulæ inſtantis ſigna, vel thoracem arctum male formatum cum collo longo gracilique, vel Pneumoniam diuturnam haud ita pridem amotam, vel Aſthmatem denique vexantem, Phthſim imminere timent; eorum, inquam, intereſt maxime, omnia quæ genus ſanguineum nimis irritent, qualia ſunt Ebrietas, cibi ſtimulantes, exercitatio immodica, vigiliæ nocturnæ, religioſe vitare. Hyemes præterea peregre morentur, ſub ſole benigniore: Sin id non eſt, ſaltem a frigore ſalvos, atque humiditate cæli ſeſe præſtanto, corpus lorica lanea veſtiendo, pedes quoque lana tegendo,

gendo, et ſeſe quotidie (leviter tamen) exercitando.

Quæ jam præcepta ſunt, ſexus attentionem utriuſque pariter vindicant, ſinguli quia morbis ſupra poſitis æque plectuntur: Atqui ſequiorem haud ea contemnere magis oportet, quia morbis, inſuper, uteri ac ſtomachi ſæpiſſime virgo tentatur. Sic Deſidia, Luxus, Vigiliæ debilem reddentes Puellam, ſanguinem ex utero primum manare impediunt, aut reditui, tempore idoneo, amnis ſalubris obſtant. Aſt hoc fateor infortunium poſterius ſæpius frigore ſuſcepto, humore pedibus admoto, vel affectibus animi effrænis contrahi. Dein, Ebrietas, cibus acris irritans, luxus, exercitatio vehemens, quodcunque denique vel totum genus ſanguineum, vel uterinum ſpeciatim ſtimulet, provocetque, fluxum immodicum reddet.

Horum quivis morborum Ventriculum infirmat, nexu mirabili eum inter ac uterum ſtatuto, longaque malorum caterva ſtipatur.

Contra, ſi Juveni vigent pulmones, parum ut plurimum eſt timendum; niſi quod quidam ſtudio

dediti

dediti ultra modum, ad morbos ſtomachi ſunt proclives.

Hac ætate fruentes contagio ſane quævis, ut videtur, prehendere amat: Quapropter a tali periculo illos præcavere oportet, non ſolum loca fugiendo peſtifera, ſed corpora omnibus modis roborando. Ne nimis, ſcilicet, Baccho Venerive indulgeant, et ſive flet fervidus Auſter, ſeu gelu flumina conſtent acuto, ne certamina campi detrectent, et labori, algori, fervorique aſſueſcant. Artibus inſtructa talibus Romana juventus, Spartana talibus, gens dura, aſperitatibus ac ærumnis omnibus invicta fiebat.

STADIUM QUARTUM.

Raro robur juvenis ab omni parte perfectum conſequitur, donec ex impuberibus decem exceſſerit annis. Atqui celerius annis quibuſdam conditionem hanc fœmina videtur attingere. Nunc Viro, ſi unquam, ſunt brachia cruraque lacertoſa, quadrati humeri, thorax amplum, ſummum indi-

cantia

cantia vigorem, qualis uxoris vindicem, charæ et teneræ ſobolis præſidium, denique omnium quæ creata ſunt principem, deceat. Fœminæ nunc corpus eſt nitidum, artus quadantenus firmi, formaque tota omnibus numeris abſoluta. Vires ſimul obtinet, lenes revera, aptas tamen iis muneribus gratis, quæ cura familiæ poſtulet.

Cæterum res ipſa hortari videtur, ſupra repetere, et quædam de cauſis, quibus corpus humanum creſcit, conſiſtit, deficit, differere. Homini jam nato, ut dudum poſui, cor eſt grande, validum, venæ firmæ, arteriæ cedentes. Arterias igitur vi ſanguis propulſus urget, diſtendit, et quaſi diſtrahit: Rimulæ tamen materia idonea, congruenti, haud mora, replentur. Tali vaſa modo, primis annis, in longum potiſſimum proferuntur: Et quoniam omni corporis parti accretionis moleculæ ramulis certis ex arteriis oriundis deferuntur, quo magis tenduntur arteriæ, eo latius diffundentur particulæ aſſimilatæ, eoque grandiores ac numeroſiores fient fibrillæ corpus totum conflantes. Annos autem poſt aliquot cartilagines addenſati firmatique

matique oſſium extenſioni reſiſtunt: Tendines, quoque, et muſculi rigentes ulterius nolunt diſtendi, quapropter ceſſat adoleſcere corpus, perſtant vero partes in latum diſtendi, unde turgeſcunt et prorſus grandiores fiunt. Poſtmodum, autem, hîc quoque vi cordis obſtatur, quoniam nec molis nec roboris augmen acquirat, dum arteriæ, contra, tunicis compreſſis, rigidæ et validæ fiunt. His rite perpenſis, cur corporis ceſſet incrementum ſat evidenter patebit. Veruntamen annos per aliquot conſiſtit corpus, dum cor truncique arteriarum ad vaſa omnia minuta propellere ſanguinem pollent, dumque adhuc ſenſibilitas et irritabilitas vigent.

Homines vigore gaudentes ætatis, fibris nempe ſtrictis et elaſticis plerumque inſignes, frequentius morbi acuti, quibus validus favet circuitus ſanguinis, corripiunt. Sic, ſanguinis congeſtus, niſu quovis vehementi, halitu cutaneo ſubito repreſſo, affectibus animi violentis, vel aliis plurimis cauſis, effectus, omnium viſcerum inflammationem, nec non catarrhum, Rheumatiſmum, Apoplexiam (quo

non

non malum velocius ullum) variaſque hæmorrhagias homini adulto, robuſto, inducere ſolent.

Ad hos morbos feroces vitandos, primo neceſſe eſt conſtitutionem antea firmaſſe, quo nulla pars ſit debilior, faciliorque affectu, atque quo cauſæ excitantes primo impetu repellantur. Deinde, cauſas ipſas, quantum fieri poteſt, aut avertere, aut fugere opus eſt. Idcirco, horrenda ſunt præcipue, Ebrietas, Ira, Cibus acris, Pulmonum quovis modo diſtentio immodica, molimen vel labor vires excedens, et frigus mordens, vel humor, dum corpus quieſcit, et præſertim ſi ſimul ſudore perfluit. Per hoc ſtadium, corpus eſt maxime patiens inediæ, vigiliæ, algoris; mirabiliter equidem iis, qui ſe, aſpera et ardua ſubeundo, junioribus annis obfirmarant. Talium corporis virium cujuſque regionis hiſtoria, per omne ævum, innumera tradit exempla.

Huic ætati quoniam potiſſimum gnavitas convenit, ii qui ſecordiæ atque ignaviæ ſeſe tradunt, variis, haud immerito, plectuntur morbis. Verum enimvera, quamvis fatendum eſt, per hos etiam annos,

decere hominem, non ſolum a cibo delicato, qualis ſolicitet ſtomachum, ab inertia, vino, ſomnoque nimio abſtinere; ſed exceſſus frigoris, caloris, laborumve timere: nihilominus, dum viget ætas, nemo vitam victumque omni modi variare dubitet.

——His cares were ill beſtow'd,
Who would with warm effeminacy nurſe
The thriving oak, which on the mountain's brow
Bears all the blaſts that ſweep the wint'ry heav'n *.

Hic forſan, haud ineptum foret recenſere morbos et incommoda, queis gravidæ et nutrices potiſſimum patent; monſtrare item qua ratione ſe ſalvas optime tueantur; ſed ea res longius ab incepto traheret.

STADIUM QUINTUM.

Stadio jam quarto exacto, cor et arteriæ tardiora fiunt ſtimulatu, hebeſcentem ob irritabilitatem;

* Armſtrong on Health.

tem; rigescunt item eorum fibrillæ et pigrius contractionem patiuntur: Impulsibus præterea cordis magis obstant arteriæ, tunicis compressis et condensatis. Quinetiam somno et otio quadragenarii haud raro indulgere incipiunt. Ex his fontibus deductæ mutationes complures corpori incidunt. Arteriæ minus crebro et fortiter micant. Sanguine parum vi propulso idonea in vasa longinqua exilia, insensilis per cutem deficit halitus, unde cutis fit aspera, dura, sicca. Plurima quoque vasa cute tota intexta, eamque nitore hucusque ornantia roseo, deleta sunt. Minus clare coruscant oculi, neque leniores affectus animi ulterius exprimere valent. Calor, insuper, corporis totius languet, glandulæ schirrho magis opportunæ redduntur. Viscera abdominis se male habent, sive quod defectu exhalationis per cutem salubris, onerantur sanguine et opprimuntur; sive fibrarum robur suarum, præ nexu cum cutaneis insigni, deficit; seu primario irritabilitas earundem fallere cœpit. Adipis etiam comparationi et coacervationi magnopere causæ favent eædem: Præsertim cum nimis

laute

laute et abunde, heu pudor! ut plurimum epulantur: Sin id ne quidem eſt, raro tamen, ut decet, diurna recidunt cibaria. Epulas nocturnas, quibus maxime delectantur, talem propenſionem inducere plerique cenſent; nec injuria, quia dormienti ſanguinis curſus retardatur, et ſecretiones tenues minuuntur, ita ut omne opimum, quod cibo nuper aſſumpto inerat, examuſſim eliciatur, in ſanguinem vertatur, et denique in cellulis propriis ſecernatur. His cauſis obeſitatis parciorem Veneris culturam forſan addere licet.

Fœminæ citius in genere, quam viri pingueſcunt, quia et ob vitam inertiorem, et ob vires cordis imbecilliores, langueſcunt citius organa, quorum eſt ſupervacanea eliminare.

Labaſcunt paulatim vires, ab hujus principio ſtadii, uſque ad limitem vitæ: Iis tamen, qui modice, ſobrie, atque gnaviter hucuſque vivebant, ita furtim ſubripiuntur, uti earum defectum nec ipſi, nec familiares, niſi poſt longa intervalla, percipere poſſunt. Sed quoniam perpauci ſunt, qui ita vitam inſtituerunt, idcirco haud raro, ab octavo etiam

luſtro

luſtro finito, adeo evidenter vires vacillare incipiunt, ut neminis fugiat obſervationem. Cæterum apertius deficit membrorum agilitas, quod ab obeſitate ſolita corporis pendet, ab animo quoque minus alacri, curis negotiorum obſito, a vi nervoſa fallente, ab inopia ſinoviæ lubricantis, denique a fibris muſculorum tendinumque rigentibus. Hanc autem ipſam rigiditatem ſeneſcentis pigritiæ, et plurium vaſculorum muſculos antea percurrentium interitui, aliquatenus tribuere licet.

Currente hac ætate, ſenſus omnes paulo minus acuti gradibus lentis fieri ſolent. In quibus adverſis efficiendis, totius generis nervoſi hebetudinem paulatim obrepentem maxime reor eſſe in culpa. Præterea, ſpeciatim, tactûs vitium cuticulæ craſſeſcenti parumque humectatæ licet imputare; quinetiam auditûs, cerumini haud ita molli, forſanque copia nimia ſecreto, necnon muſculis et tendinibus aurium minimis rigentibus, ut et tympani membranæ ægre mobili factæ; viſûs autem, languori vaſculorum quorum eſt ſanguinem et humores globo oculi ſuppeditare; hinc cornea denſior et planior

evadit,

evadit, et lens ipſa multum pelluciditatis priſtinæ perdit. Sed generis ipſa hebetudo nervoſi ab aliena per cerebrum diſtributione ſanguinis, atque dureſcendi indole quæ ipſi cerebro ineſt, provenire quodammodo videtur. Nervis quoque ipſis forſan ſanguis deeſſe cœpit. Venæ ob laxam ac cedentem fabricam turgent, adeo ut annis quibuſdam elapſis, ſuperficiem corporis inæqualem reddunt. Arteriæ, contra, parum a tergo diſtenſæ, nec multum a venis reſiſtentiæ, quo minus ſeſe libere depleant, offendentes, contractionem indies arearum patiuntur.

Eos qui ætatem attinuerunt provectiorem varia morborum genera, longorum præcipue, tentant; quorum ortum principem a mutationibus queis hac tempeſtate corpus obnoxium eſſe ſtatui ſupra, haud difficile foret deducere. Hi ſunt, rarius, Scirrhus et aſſecla ejus formidoloſus, carcinoma. Nonnunquam Apoplexia vel Paralyſis impetum facit, cum plethoram in capite intolerandam obeſitas corporis induxerit. Artus quoque frigori vel humori diu objectos, (nervis ultro nimis ad torporem vergentibus),

bus), Paralyſis quandoque ſupplantat. Sæpius morbi viſcera vexant abdominalia; venter, nempe, ſupprimitur, præ humorum inopia inteſtinalium, vel minuta fibrarum irritabilitate: Hinc provenit quandoque ani prolapſus, et hæmorrhoides, forſan in fiſtulas abituri. Ventriculus ſæpiſſime laborat (tarda alvo plerumque ſe comitem præbente) a pigra ſucci ſecretione gaſtrici, et ab hebetudine ventriculi fibrarum, cum generis nervoſi languore conjuncto; unde cibo remora collecto, et fermentum acre, quod ſuccus parcus gaſtricus corrigere nequit. Status hicce Ventriculi, præter ſymptomata plurima gravia ab ipſo proxime oriunda, alios, nec leniores, in partium functiones diſtantium edit effectus. Imprimis, *Hypochondriaſim*, nexus ope mirabilis eum inter ac cerebrum ſtatuti, morte magis timendam inducit; deinde Podagram tardam, *Nephralgiam*, horrendumque *Calculum* quodammodo aut parit aut alit. Iners cordis et arteriarum conditio, tot morborum principium et fons, accedente vaſorum *abſorbentium* ſecordia, hydropem dirum haud infrequenter miſero infert; ſupplicium quan-

doque debitum ufu contractæ temulentiæ, quæ non folum debile corpus reddere, fed etiam Scirrhum in Hepate gignere poffit. His adde virium univerfalium vitæ falutifque confervatricium ruinam præmaturam, feu Cachexiam, heu nimis fæpe a juventutis oriundam flagitiis; quicquid enim delirabat Juvenis, nunc plectitur Senex.

Ex fupradictis videre licet, quemadmodum hæ copiæ morborum ingruentes funt depellendæ. Imprimis, vitam degiffe modice, impigre, cafteque neceffe eft: Liquet enim eos, ftupra quorum perpetua, cum affectatoribus fuis pariter exitiofis ac averfandis, vel vinolentia perpetim exercita, vires convulfit, vel fenfim defidia labefactavit, morbis fupra memoratis patere maxime, atque facile prædæ fore. Deinde, maxima pars rerum valetudinem integram conturbantium arceri poffint optime curfui fanguinis languenti opitulando, eumque, quantum fieri poffit, fuperficiem verfus corporis dirigendo. Talibus, fi faveat Fortuna, modis Scirrhi poffint vitari: Scirrho vero quovis ftabilito, carcinomati medicamentis vi deobftruenti pollentibus

bus obviam eundum est. Sic visceribus quoque abdomen occupantibus ingens auxilium feretur. Sic Hydropem quibusdam licebit prævertere. Sic Polypos aliquandiu retardatos iri, fas est sperare. Sic Apoplexiam postremo potis erit fugere, sanguinis molem a capite divertendo, et adipem in trunco coacervari parum sinendo.

Ad hæc exequenda consilia, ambulatione leni utatur indies; sin hæc celerius fatiget, equo vehatur, non vero sine comite, solum enim post equitem sedet atra cura, ut ipse adversa valetudine usus, graviter quondam experiebar. Si per procellas, pluvias, aliamve causam foras haud exire licet, non tamen idcirco se impigre domi exercere negligat, nec se strigili contemnat perfricare fortiter. Oportebit quoque, "sive Aquilo terras radit, seu "bruma nivalem interiore diem gyro trahit," aut oras propiore sole calentes petere, aut saltem amictu se laneo circumcingere. Senibus se paulo benignius tractare expedit. Cibi nutritione pleni, atque foventes conveniunt. Epulas tamen esse modicas decet, vires quia digerendi moli ciborum

 ægre

ægre ſufficerent. Idcirco præterea, eſcas concoctu faciliores ſeligant; necnon quæ ſtimulantiore pollent qualitate, quo fibras torpentes incitent: Eaſque poſtremo, quæ ſint ad aceſcendum parum procli-ves, ne incommoda multa parirent. Vinum me-racius, modo ne mentem capiat, aut Stomachum opprimat, libere bibant. Mollius cubent. Labore vehementi vacent. Ætatis ſub finem hujus, bal-neum haud parum proficit.

STADIUM SEXTUM.

Reliquum eſt, ut de ſexto ſtadio miſerando di-cam, quod ab amiſſa potentia procreandi ſobolem inchoat, et ultima linea rerum finitur. Viro teſtes, qui annos per aliquot proximos lente admodum li-quorem genitalem ſecernebant, et longa poſt inter-valla ad congreſſum Veneris incitabant, nunc pe-nitus areſcere et decreſcere ſolent. Horum orbata ſtimulo virga quoque flacceſcit, necnon magis ma-giſque indies corporis tabeſcit vigor, animique ala-critas. Mutatio hæc univerſa, viribus generis ſan-guinei

guinei infirmatis, ſicut æſtimo, indeque vaſorum areis minutorum obturatis, eſt imputanda.

Annis circiter decem citius fit Mulier effœta. Hac tempeſtate ſanguinis rivus ſolitus, primo poſt intervalla redit inæqualia, tandemque penitus ceſſat; res maximi referta periculi, non modo incommoda pro tempore varia faceſſens, ſed morbos cruciantes et inſanabiles miſeræ inferens. Etiam dum varius et abnormis eſt, pondere circa lumbos et dolore capitis obtuſo mulier opprimitur; ſtomacho ſimul laborante, quale fit tempore pubertatis. Cum vero ſiſtit omnino, omnia hæc ſymptomata ingraveſcunt; quibus Hæmorrhagiæ variæ haud raro accedunt; necnon Viſus et Auditus conturbantur; nonnunquam etiam Apoplexia fœdave *Leucorrhœa* hos excipit morbos. Interdum autem exoriuntur mala, lentius fateor aggredientia, multo tamen magis horrenda. Hoc tempore etenim Scirrhus et Carcinoma Uterum mammaſve invadere amant, infelicem doloribus infandis torquentes.

Menſium

Menſium penitus ſuppreſſorum cauſa, ut arbitror, eſt conditio rigens arteriarum uteri, viſque debilis qua ſanguis in eas propellitur. Exitu ſanguinis ſic impedito, tandemque prorſus abolito, plethora ſupervenit univerſalis; et hinc oriuntur ſymptomata quæ ſupra dixi primam comitari aberrationem, ſed quæ, eventu conſummato, magnopere exacerbantur. Scirrhum ciere videtur copia ſanguinis nova in eas partes immiſſa, quam cor et arteriæ irritabilitate vigoreque priſtinis amiſſis, ægre circumagere valent. Veri autem ſimile eſt, diatheſi quadam inſuper opus eſſe ad hunc morbum inducendum; aliter enim, frequentius eveniret.

Finem primariæ mutationis æſtimo, ne ſi vetula conciperet, partium pelvem formantium rigiditas partum omnino impediret; neve, ſi parturierit, ad ſobolem imbellem et inopem tollendum parum ſufficeret: Forſan quoque, ne conſtitutionem nimis imbecillam a matre proles deduceret.

Syſtemate ſic mutato genitali, ſexuum diſcrimina fere omnia intereunt. Dulce non amplius loquuntur

quuntur effœtæ; cutis fit dura, venisque distincta magnis. Nec brachia, nec crura pristinum nitorem teretem retinent: dum cutis interea universa, sed potissimum ea faciei manibusque obducta, in rugas contrahitur fædas. Mentum horrescit capillis; mammæ, nunc inutiles, flaccescunt, decrescunt, tandemque fere planæ redduntur. Mulieres tamen, gravibus jam functæ stipendiis vitæ, longiore vita, ac meliore valetudine quam viri, emeritæ veluti, ut plurimum donantur. Quæ res fibris laxioribus, minusque ad rigendum proclivibus, queis præditæ sunt fœminæ, effici proxime videtur.

Accedentibus annis, causis supra recensitis in vasa sanguinea agentibus, magis magisque in annos singulos vis cordis et arteriarum infirmatur, et irritabilitas earum obtunditur; venæ simul distenduntur, atque arteriæ coangustantur; unde ictus earum debiliores ac pigriores fiunt, donec tandem propulsioni sanguinis ab arteriis rigidis et contractis prorsus obstatur. Sic cuicunque e morborum, belli, et casuum periculis salvum evadere

datum

datum eſt, ſenio tamen confectum, fato a natali die omnibus ſortito neceſſe eſt tandem ſuccumbere.

Priuſquam hic cadat eventus, multa in grandævo mutantur, variaque mala diutina ipſi ſunt perpetienda. Imprimis emarceſcit corpus, non ſolum abſumpto parumque renovato adipe, virium ob digerentium atque nutrientium defectum; ſed muſculis ipſis quodammodo tabeſcentibus, per vaſcula eos percurrentia partim deleta, partim contracta: et cum hoc a vaſis rigentibus plurimum pendeat, ratio cur ſerius marcori fœminæ ſunt obnoxiæ apparet. Oſſa perveteribus non modo minuuntur mole, ſed etiam leviora fiunt, quia materies terrea non iis tam prompte ſuppeditatur, quam diſpendium poſtulat aſſiduum. Veruntamen mira, hac ætate, ineſt arteriis, valvuliſque cordis proclivitas ad oſſeam fabricam, aliqua ex parte, adipiſcendam. Nec ineptum eſt cenſere ejuſdem materiei aliquantulum partium corporis cæterarum fabricam, annis extremis, intrare. Certe in ipſo cerebro

cerebro oſſicula quædam nonnunquam reperta ſunt.

Augentur tendines, decreſcunt muſculi, addenſantur cartilagines, adeo ut ſpinæ vertebræ ſe propius invicem accedunt, et corporis totius altitudo minuitur. Inalgeſcit corpus, præcipue partes membrorum extremæ, ob earum a ſanguinis fonte longinquitatem; quam ob rem quoque crura longe ante truncum gracileſcere obſervantur. Tali ſimul grandiores fiunt, *œdemate* per debilitatem univerſalem occupati. Languet Stomachus; franguntur vires; vacillat infirmus per annos quoſdam, membra donec truncum prorſus ferre recuſent. Crines incaneſcunt et fluunt, nec fluere deſinunt, antequam caput fuerit omnino nudatum. Contrahuntur glandulæ, imprimis eæ quas chylus tranſire ſolet: Res perniciei referta! Senſus quiſque ſit hebes, et denique penitus deeſt.

"Sans teeth, ſans eyes, ſans taſte, ſans ev'ry thing."

Hoc aliquatenus explicat, cur optime ſenex acta

ſe puero vel juvene recordatur; his quoque ideis mox deſerturis memoriam, mentemque vacuam relicturis.

Mutationum harum omnium ratio, ex ea ætati quintæ incidentium ſupra reddita, facilis erit repertu.

Vita jam inclinata malis innumeris acerba redditur: Quippe quæ morbis omnibus queis ætas proxime elapſa tentabatur conflictari cogitur, dum vigore ſimul caret priſtino, et plurimis præterea ſolatiis orbatur.

Grandævo incommoda oriuntur gravia a ventriculo et inteſtinis ſe male habentibus. Capiti etiam periculum imminet e polypis cor occupantibus, e valvulis ejus, vel arteriis in os, aliqua ſaltem ex parte, converſis, e ſanguine cerebrum opprimente, e pedum gangræna, Scrofula, Carcinomate, Calculo, atque Hydrope. Sed nil magis ſenibus eſſe reor formidandum quam Catarrhum (ita dictum) Senilem, ſive frequentiam ejus, ſive diuturnitatem, ſive moleſtiam, ſive vitæ diſcrimen quod affert, ſpectemus: Tuſſi enim importuna,

copiam

copiam muci gravantem, heu fruſtra! emoliente noctes atque dies vexatur, neque inflammationi venam ſecando occurrere ægri debilitas ſinit: Mucus idcirco continuo coacervatur, donec pulmones prægravet, et miſerum jam confectum angens, demum ab ærumnis abſolvat.

Si corporis conditionem in noviſſimo ſtadio cum ea in antecedente conferamus, cauſas, quæ ſeneſcenti morbos infligebant, eaſdem, ſed vi agentes vehementiori, grandævum reperiemus laceſſere: Ideoque ratione et conſuetudine vitæ opus eſſe eadem, diligentius equidem obſervata, ad ſalutem etiam mediocrem conſervandam.

Imprimis, plures ob cauſas ſat evidentes, calor eſt ſedulo colendus. Senis itaque intereſt, cælum ſerenum, amænum, vel etiam calidum, vario, humido, atque frigido mutare: Omni tempore, molli frigida membra ſinu fovere; ſæpius quotidie, modo ne laſſitudinem inducat, ſub dio deambulare; tempeſtate autem perfrigida, vel viribus ad ambulandum parum valentibus, rheda vel lectica vehi; auras matutinas et veſpertinas cate metuere duras,

nec tamen inertiæ domi ſe unquam reddere omnino. Cum balneum, fibras emolliendo, atque exhalationem per cutem eliciendo, auxilium grande pollicetur, in ſolium ſenex quotidie deſcendat. Veſtibus amiciatur nunquam non nitidis. Ætati quoniam ſenili inedia perquam eſt aliena, ter quaterve in die cibum aſſumat; ſed levi, ſimplici, leniter ſtimulanti, exiguo, calido, ac refocillante utatur; ab omni qui ſtomachum vel pinguedine oneraret, vel flatibus diſtenderet, prudenter temperans. Alvum, quæ plerumque contrahitur, (quandoquidem per ventriculi torporem, fruges recentes algidas, et per ejus propenſionem ad acidum creandum, olera affatim non aſſumere licet) medicamentorum ope leniter laxantium ſæpius ſolvere expediet. Somno indulgendum eſt, quo vires, facile fractæ, reficiantur, halitus per cutem foveatur, et adipis aliquantum coacervetur. Neque mero parcat quadrimo, hoc enim generis et nervoſi et ſanguinei conditio poſtulat. Certamina Veneris parum eſſe idonea telorum ſtatus imbellis admoneat.

Animo

Animo interea ſit hilari, atque ſereno, neque negotiis curiſve, nedum perturbationibus deprimentibus aut violentis ſeſe ſinat agitari; et quando res cunque eum premat irritetve adverſa, dulci amicorum colloquio, aut librorum lectione, aut vitæ futuræ ab omni parte beatæ contemplatione ſolanti, mentem extemplo mulcere conetur.

Præceptis ſupra traditis fideliter obſervatis, aliquot per annos cuivis fere ſeni foret copia vitam prorogandi, et mortem tandem aggredientem mitem minimeque formidandam reddendi.

Cæterum antequam huic tentamini finem impono, ne forſan quidam incuriæ, alii arrogantiæ verterent, me longa linea auctorum vel prælectorum omiſiſſe ornare, haud alienum fore duco admonere lectorem, non procul a vero diſtaturum, ſi quod præſtat in hoc opuſculo Profeſſoribus hujus Academiæ almæ, quæ peccant mihimet tribuerit. Nihil itaque exinde laudis aſſumere poſſum, ſed

"Explebo numerum, reddarque tenebris."

FINIS.

TENTAMEN INAUGURALE,

DE

Nicotianae Viribus in Medicina; ut et de ejus malis Effectibus in Usu communi et domestico, Examen.

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

ROBERTUS HAMILTON,

HIBERNUS,

Societatis Regalis Medicinae Edinensis Socius,

NEC NON,

Societatis Physicae Socius Honorarius.

Critics avaunt! Tobacco is my Theme,
Tremble like hornets at the blasting steam.

DODSLEY'S Collect. v. 2. p. 284.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXX.

C

Viro admodum reverendo,

GULIELMO SMITH, S. S. T. P.

Milburnii apud Coleraine,

In comitatu Londonderriensi, in Hibernia,

ROBERTUS HAMILTON

Salutem.

Quum dissertationem inauguralem me oportet, juxta leges academicas in lucem edere, tibi, *prae omnibus aliis, Vir humanissime, ornatissimeque, hasce meorum studiorum primitias dicandas esse censui.*

Cui enim quam tibi *plus debeo, qui tua me semper* amicitia, *et* patrocinio *ornasti, consiliis sapientissimis juvisti, et praecipue animum meum labantem praeclara munificentia saepissime confirmasti?*

Tanta beneficia palam profiteri me certe decet, et delectat, et ad supremam vitae horam grata mihi manebunt mente reposta. Et, si aegritudines compescendo, et felici manu dolores leniendo, miseris mortalibus aliquid olim profuero, tibi, *amicorum optime, fuerit penitus referendum.*

Hocce igitur opusculum, qualecunque sit, patrocinio *tuo lubentissime commissum, in perpetuum amoris testimonium accipias, enixe peto, quod* tibi *dico, dedico, et sacrum volo.*

Dabam ex Ædibus Academiae Edinensis,
ipsis idibus Junii M,DCC,LXXX.

TENTAMEN INAUGURALE,

DE

Nicotianae Viribus in Medicina; ut et de ejus malis Effectibus in Usu communi et domestica, Examen.

PARS PRIMA.

QUONIAM me pro gradu doctoratus certantem, et honores in medicina summos ambientem, aliquod, ut mos est, utque legibus Academicis rite obtemperem, in lucem edere oporteat; et quum inter plures perutilesque dissertationes, his proximis annis praeclari in hac Academia ad hunc scopum editas, vix ulla de vegetabilibus, cortice Peruviano excepto, scripta sit, mecum hac de re pauca disserere decrevi. Non scribam autem de physiologia vegetabilium in genere, quum hoc magis ad historiam naturalem quam ad medicinam religetur, verum de unicae tantum plantae vi.

Ad hoc magis me ferebat animus, revolventem complures talium dissertationum haud raro super eadem fere re quotannis conscriptas esse, et eandem fere omnino doctrinam comprehendentes: Igitur magis novitatis avidus, mihi hoc argumentum, ex variis selegi, nonnihil a scri-

bendi ratione quae impraesentiarum invalescat, deflectens.

Ita loquitur elegantissimus Celsus; 'ut alimenta sanis 'corporibus agricultura, sic sanitatem aegris Medicina 'promittit. Haec nusquam quidem non est, si quidem 'etiam imperitissimae gentes herbas, aliaque prompta in 'auxilium vulnerum morborumque noverit.'

Veritas certissime hujus sententiae prima apparet facie. Si enim varias herbarum dotes homines eruere rite conati essent, sanitatem mortalibus melius promittere datum fuisset. Sed ad hoc attingendum, qualitates intimas, tum salubres, tum insalubres et perniciosas, sedulo perpendere eos oportet: Qua sola notitia, has fugere, ac illas, aut alimenti aut luxuriae causa, praeferre docebuntur.

Porro, si herbae quasi fictis et falsis virtutibus praeditae a populo nimis credulo laudatae fuerint, tale tentamen istas falsas vires posthabere nos docebit, quoniam natura earum vera in aprico tandem posita erit. Haec observatio fortasse tum herbis quotidie commestis, tum his pro condimentis et luxuriis usurpatis, applicari potest. Nam quis nunc ignorat vires perniciosas laureo-cerasi, cujus succus olim communi in usu fuit †?

De omnibus vero in cibo sumptis silebo; nam haud meum consilium est de diaeta agere. Opus hoc perutile aliis, hac de re melius doctis, remitto, et, ut supra dictum, de unica solummodo herba, nempe Nicotiana, inter gentes plures usitatissima, pauca proferre volo, dotesque ejus, quantum possim, explicare conabor. Hoc per multos annos intentatum mansit. Neque me abs re, quasi longe errantem

† Vid. Edin. Med. Ess. vol. I. p. 277.

errantem hujus almae academiae Profeſſores, ut ſpero, culpabunt, quum de plantae natura dicendum eſt, quae inter materias pharmacopoeiarum, etiam maxime reformatarum, et nuperrime editarum, hodie recepta approbataque ſtat.——Nunc vero ad rem.

VARIA haec planta ſibi vindicat nomina; *Tabacum*, ex inſula Tobago, ubi indigena floret, nuncupatum eſt. *Nicotiana*, ab Johanne Nicotio †, legati Regis Gallorum in Luſitania officio fungente, appellata item eſt; et inter Americae Indigenas *Picielt*; et in Hiſpania *Pete be Cenuc*; a Novae Franciae barbaris, ſub nomine *Peti* celebratur.

Reginae herba quoque nominatur. Praeter haec, aliis multis nominibus primo gaudebat, quae nunc recitemus vix neceſſarium eſt, quoniam obſoleta hodie ſunt.

In Britannia, Hibernia, atque Virginia, *Tobacco* vulgo nomen habet.

In Europam primum tranſlata fuit, ut multis placet, circiter annum 1559, aut 1560, quo tempore ejus ſemen celeber. Franciſcus Drake a Virginia in ſuum natale ſolum detulit.

In Italiam vero non in uſu recepta fuit ante annum 1610; et tunc etiam ex Anglia tranſlata: Primum quidem ad ſanitatem Cardinalis Creſcentii firmandum, ex conſilio ‡ Virgil. Urſini. Mox tamen multi eam cupierunt; et ad hunc diem tam crebreſcit uſus ejus, ut ubique fere terrarum non luxuria ſolum, verum inter neceſſaria, ſaepiſſime habetur.

Botanici eam vocant Nicotianam, et inter claſſis genera Pentandriae monogyniae, ita dicta, eam numerant.

DE

† Vid. Sir Hans Sloan, Nat. Hiſt. of Jamaica, &c. p. 148.

‡ Vid. P. Dalla Valle, p. 42.

DE HUJUS PLANTÆ VARIA SPECIE.

Septem recenſet Linn. cl. ſpecies nicotianae †, nimirum, Nicotianam puſillam, fruticoſam, ruſticam, paniculatam, glutinoſam, urentem, et tabacum. De ultima tantum, quippe quae magis nota ſit et communior, tractare ſtatuimus.

Inter deſcriptiones hujus varias, a diverſis auctoribus traditas, illa Bergii magis placet, quam in ipſius materia medica, nuper edita ‡, inveniet lector.

'Locus,' inquit actor celeb. 'America. Colitur ubique, 'annua.

'Forma recen. Radix fibroſa: Caulis bipedalis, vel ultra, 'erectus, teres, villoſus, ſubviſcidus, ſimplex.

'Folia. Magna, alterna, pedalia, vel ultra, pro ingenio 'ſoli, patentia, ovali-lanceolata, acuta, inferne attenuata, 'ſeſſilia, paululum decurrentia, utrinque glabra, ſupra ob-'ſcure viridia, ſubtus pallidiora, coſta et nervis albido-'videſcentibus, pubeſcentibus: Suprema minora, ſeſſilia, 'non decurrentia.

'Corymbus. Terminalis, compoſitus, faſtigiatus, villoſo-'viſcidus, parce folioſus; foliis floralibus lanceolatis, ad 'ſingulas diviſuras ſolitariis, acutis,

'Calix. Perianth. monophyllum, ovato-campanulatum, 'villoſo-viſcidum, minutim quinquangulatum, quinqui-'fidum; laciniis ovato-acutis, erectis, ſubaequalibus.

'Coroll.

† Vid. Sp. Plant. Vindob. 1764.

‡ Vid Berg. Mat. Med. art *Nicot.*


B. I.
Nicotiana

'Coroll. Monopetala, infundibuliformis, villoſo-viſ-
'cida, ſubincurvata.

'Tubus. Pallide virideſcens, cylindricus, calyce du-
'plo longior, undique ſtriatus, in medio punctis 5 elevatis,
'ſitu annulari extus diſpoſitis.

'Limbus. Inferne ovato-oblongus, tubo concolor, ſu-
'perne explanatus, rubicundus, quinquangulatus, cilia-
'tus.

'Stam. Filam. 5. albida, ſubulata, longitudine tubi,
'inferne hirſuta, verſus baſin tubo adnata, ſuperne glabra,
'ad latus ſuperius corollae flexa.

'Anther. Cordato-compreſſae, verſatiles.

'Piſtill. Germen ſuperum, conicum, glabrum, majuſcu-
'lum, ſuturis quatuor longitudinalibus.

'Stilus. Cylindricus, glaber, longitudine ſtaminum.

'Stigma. Capitato-convexiuſculum.

'Proprietas recen. Odor debilius, narcoticus, ſiccata
'vero fortior.

'Sapor recen. Amaricans, acriuſculus; maſticata fo-
'lia recentia, ſubglutinoſa, linguam fauceſque leviter mor-
'dentia: Saliva virideſcente.

'Folia Tabaci recentia manibus tractata, digitos inqui-
'nant, glutinoſa quadam materia, fuſco-brunnea. In
'flamma candelae flagrant folia ſiccata: Fumo narcotico,
'aſſuetis grato, cinere albido relicto. Folia conciſa, car-
'bonibus ignitis injecta, fulgurant et fremunt ad inſtar
'nitri, nervi potiſſimum et petioli.

'Virtus. Narcotica, inebrians, antiſpaſmodica, emetica,
'purgans, errhina, ſternutatoria, phthiriaca, repellens.'

Hactenus Bergius: Et huic deſcriptioni addit, 'plures e
'plantis luridis, cum nicotiana viribus quodammodo con-
'venire;

'venire; et fumum etiam ex illis perinde ac tabaco hau-'riri poſſe.'

In variis morbis olim magni aeſtimabatur; imo, quaſi catholicon cantata fuit. Vix enim morbus eſt, ubi non magno in honore habita fuerit tabacum. Contra ulcera in naribus, in tonſillis, gingivis, faucibus, pulmonibus, pudendis; in carcinomate, febribus, ſtrumis; ut verbo dicam, in omnibus fere a quacunque cauſa ortis, haec herba, a Nicotio, Neandro, Everarto, Magneno, aliiſque laudabatur. Neque hodie omnino negligitur; imo, nonnulli haud parvi nominis in re medica adhuc eam commendant.

Quum igitur celebretur in morbis diverſis, non abs re erit, paululum inquirere quantum ad hoc propoſitum valeat: Et primo,

DE EJUS USU CONTRA PESTEM.

Contra peſtem, febrium omnium peſſimam, dudum plurimum aeſtimabatur; et, inter alios, a Diemerbroekio, qui haud parvam fiduciam in ejus *virtutibus* poſuit. Ipſe unico hoc prophylactico ſatis libere *ſumpto* utebatur, omnibus horis; ante prandium, poſt prandium, poſtque caenam, et in intermedio ſaepe tempore. Verba ſunt: 'Si vero ab aegrotorum foetore me vel tantillum altera-'tum ſentirem, ſtatim, poſtpoſitis omnibus negotiis, quan-'tumvis neceſſariis, qualicunque diei hora foret, duarum 'triumve fiſtularum tabaci fumum ſuccione trahebam;

'nam,

'nam, ut verum fatear, tabacum pro primario praeserva-'tivo in peste semper habui, neque aliud melius pro or-'dinario usu hactenus inventum existimo, dummodo illud 'sit melioris notae, ex maturioribus foliis in funes coac-'tum.' In alio quoque loco, idem laudat, narrans, quomodo a pessimo foetore excrementorum aegri, qui peste cum diarrhoea laborabat, sese liberaverit. Dum enim se affectum mox graviter senserit, vertigine, nausea, et cordis anxietate, ita ut de suscepto contagio nullo modo dubitaret; illico se domum contulit, et 'tabaci optimi quin-'que sexve fistulas fumi succione exhausit *.' Statim omnia symptomata evanuerunt, et ne minimum mali amplius sensit. Sed, ni multum fallor, admodum vana talis est opinio. Et postea, suo etiam testimonio, vana manifesto apparet; quum fateatur sibi idem ter quaterve contigisse, et, cum semel pariter affectus, serius confugeret ad tabaci usum, longe molestius se habuisse, et tardius quoque liberatum fuisse †.

Fiorvantus dicit, se febres omnium generum a tabaco mederi; apud quoque Dodonaeum aqua ex foliis ejus stillatitia rustici multi febre liberati fuerunt.

Narratur item historia ‡ de quodam parocho, qui peste decumbentibus sacra administravit, cum, simulac egressus fuit ex ulla infecta domo, vicinam ingressus, tabaci fumo uti solitus fuit; hocque in modo se immunem omnino servasse.

At,

* Vid lib. 4. p. 236. hist. 17.

† Vid. Van. Swieten Com. tom. 5.

‡ Many extol smoaking tobacco, dicit Millar, as a preservative against the plague; but Riverus says, that, in the plague of Lipsic, severals died who were great smoakers of tobacco; Vid. Millar, Bot. p. 313.

At, hujus febris natura rite perpenſa, de rei veritate pene incredulus manere cogor, quum omnibus non luculenter patere non poſſit, pathologiam et cauſas morborum ſatis gnaris, remedium prorſus hoc inefficax eſſe. Quid enim in luce magis aperta ſtat, quam quod dotibus ad hunc finem propriis nullatenus gaudeat. Certe nec vires collabentes reſtaurare, neque nervis deficientibus vim augere, neque putredinem late nunc ſerpentem reſtringere aut amovere poſſe invenietur. Male ergo in tabaci uſu, graſſante peſte, ſpem ſuam poſuerit aeger.

Quoad parochum nuper memoratum, diverſo modo proculdubio conſervatio ejus accidebat. Neminem enim latet, hos, qui inter aegrotos multum verſabantur, tardius febre ſemper infici: Ita valet conſuetudo. Imo immunes frequenter obſervatur medicos evadere, quanquam, aut advenas, aut eos prope decumbentes, rarius adſtantes, contagia morbi veſtimentis haerentia, ipſis ſalvis exiſtentibus, inficiunt.

Parochus ipſe, ut docemur, curabat, ‘ ne ſalivam coram ‘ aegris deglutiret.’ Huic ſcopo tabaci uſus bene inſervire poteſt, cum fumo ejus aſſueti perpetuo ſalivam expuere ſoleant †. Ita putabatur ſalivam exputam cauſam fuiſſe quare liber manſerit; at haec deceptio eſſe videtur; nam vix credibile eſt, contagium per deglutitionem in ventriculo tranſire, et inde corpus infici poſſe: Nemo forſan per os febre unquam infectus fuit.

Statim vero per nares, ad cerebrum ipſum, ubi cito vim ejus deſtruit, ſerpit, ex quo totum nervoſum celeriter collabeſcit genus, morbumque, hoc modo infert; idioque neque

† Vid. Æſop. Epulon. p. 414.

que ad tabacum, neque ad salivam cautissime exputam immunitas referri videtur, sed potius ad habitum corporis quotidie inter decumbentes exercitati, et ad consuetudinem quae organa olfactus hebetiora, et corpus contra contagii vim tutius reddit.

Auctor alius, nempe Benza, de bonis nicotianae effectibus, dum de peste in Austria grassata scribit, pulverem ejus in nares attractum magnopere laudat. Cum vero illustri Van. Swieten non assentire non possim, haec verissima verba proferente, ubi de tabaco tractat; 'forte similia antidota, aut et meliora, serior aetas deteget*.'

Anne originem suam tabaci usus in febribus trahit, ex observando, domos et loca aromatum officinis vicina, a peste intacta mansisse?

Neander vires nicotianae contra pestem commendat, exemplo Hippocratis, qui lignis odoratis, et unguentis ardentibus, Athenas pestilentia liberavit; unde et corona aurea aureorum mille donatus, et publicam pensionem, quae sufficiret, pro honorario accepit †.

Observatio de dotibus aromatum, ut dicitur, stabilitur, ex eo quod in peste Londinensi olim immunes omnes evadebant, qui navibus construendis occupabantur, perpetuo versati in aëre picis vaporibus imbuto ‡.

Si vera sit haec observatio, ad utilitatem tabaci firman-

B dam

* Vid. Tom. 5. p. 175.

† Vid. Hippocrat. Epist. 41.

‡ Vid. Van. Swieten. tom. 5. p. 147. Vid. quoque Diemerb. qui dicit, commendo usum tabaci in peste; me enim liberabat peste corruptum; omnesque domus in quibus haec planta vendebatur, et Noviomagi, et Londini, liberae erant a contagio, cum vicinae infectae essent.

dam vix confert; aromatibus neutiquam anteferenda est, ut mihi videtur.

Dr Lind quoque, febre urgente, fumum nicotianae in ore aegrum haurire jubet. Auctoritas tanti viri, si ulla auctoritas prae ratione praeponderare debeat, mecum semper magni aestimaretur. In locis praesertim umbrosis et insalubribus degentibus ejus suadet usum. Pariterque Dr Percival, vir quoque eximius, in tractatu suo De Nosocomiis, inter alia, ad febrium contagium praecavendum, fumum ejus assuetis haurire non inutile nonnunquam fore monet; ex suis verbis vero colligi potest, rarissime praesidium esse.

Attamen, dum hoc judicium contra viros tam merito celebratos proferre ausus sum, fateor tamen medicum culpandum esse, qui aegros diu assuetos tabaco semet inde oblectandi solatio prorsus arceret.

Saepe enim praestat consuetudinem, quamvis non optimam, aegro permittere, quam subito mutare; et in hoc exemplo metuendum forte erit, ne salivae secretio solita fere inde repressa corpus male afficiat.

Laudes in hanc plantam in febribus arcendis, variis auctoribus collatae, cogebant humanissimum Gregorium, patrem, suis in praelectionibus, silentio eam non praeterire. Sed de ejus virtute incertus esse penitus videtur, dum interrogat, quinam sint usus ejus ad primum febris impetum restringuendum †?

Sequens, si mihi liceat, responsum reddere paratus sum, videlicet, vix febrem pellendi qualitatibus gaudere nicotianam prae herbis aromaticis, quando in fumum con-

† Vid. Dr Gregory's pract. p. 60.

convertuntur; quoniam hodie consentiunt, ni fallor, plerique, contagium, ut supra dictum, intra corpus receptum, solummodo cerebrum et nervos laedere; quo pacto, hae partes ad sua officia minus valeant, idioque aromata omnia febris impetum non nihil compescant †. Sic perspicuum est, quaecunque corpus bene excitant et roborant, idem contra vires contagii debilitantes munire possunt.

Hinc recte monent periti corticem Peruvianum, febre suspicata, sumere, vinumque generosum modice potare, praesertim mane, cum primum e lecto surgat valetudinarius, et aëri matutino sese nimis improviso exponat, aut antequam, si medicus fuerit, ad visitandos aegros exeat.

Quod ad virtutem ejus in febribus prophylacticam, omnes aromaticae herbae, dum incenduntur, quum oleum essentiale iis inest, quod per aestum volatile reditur, plus minusve stimulant, igiturque aliquod ad robur corporis faciunt; et huc usque putredinem tantillum coercere possunt. Non vero experientia compertum est, tabacum magna vi antiseptica frui. Praeterea, valde suffocativus est fumus hujus plantae, et parum idoneum, ut prope aegros spargatur. Imo sunt qui non facile, ullo pacto, fumum ejus ferre possint. Multo magis certe praestabit acetum prope lectum aegri leni igne coquere, ut plurimum vaporis exhalet.

Ex supra dictis, ut spero, liquido patebit, tabacum pro medicina in febribus putridis parum omnino valere.

DE

† Vid. Cullen. First Lines, vol. I. on Fevers.

DE USU EJUS CONTRA FEBRES INTERMITTENTES.

Ut in febribus putridis, ita in intermittentibus quoque, tabacum nonnulli laudant.

Si Platero fidem demus, eo fenatorem quendam, et hominem quoque plebeium, a febre intermittente liberavit: In quartana, ante paroxyfmum, aqua ex floribus et foliis ejus ftillatitia, cum fucceffu, ab Heurnio propinata fuit.

Strenuo affirmatum audivi, Batavos, ad hominem, febre intermittente correptum iri, ni large tobaci fumum quotidie hauriant; contra vero, eo, ut folent, utentes, plerofque eorum incolumes vivere. Quod fi ita res fe habeat, ut febres palludofas revera reprimere valeat tabacum, alia tamen ftimulantia, ut fupra dictum fuit, haud minus efficacia extant: Nam qaecunque vim tonicam cordi et nervis fupplere queant, contra effluvia paludum corpus defendent, igiturque, loco tabaci, talibus uti melius erit.

E X E M P L U M.

Narrabat illuftris Gregorius pater, nuper in hac academia medicinae practicae Profeffor, viginti quinque juvenes Britannos, quorum ipfe erat unus, Lugduni Batavorum

* 'A leaf, ufed as a fuppofitory, cures quartans;' Sir Hans Sloane's Hift. of Jamaica, &c.

tavorum annum unum alterumve degentes, variisque studiis incumbentes, praeter unum, omnes a febribus intermittentibus immunes vixisse. Is, qui solus aegrotavit, unicus aquae potor fuerat; reliqui vino satis libere utentes, sic sese incolumes praestiterunt.

Ut in peste, ita quoque de usu tabaci in febre intermittente loquitur Lind; idque adhibitum fuisse memorat cum contusis araneis junctum, et pro cataplasmate corpori admotum, quod morbum cito amovere dicebatur. Ingeniosus Dr Currie quoque mihi retulit, se, quando in America vixit, correptum fuisse febre intermittente, quae per menses octodecim misere illum excruciavit, cortice Peruviano, rhabarbaro, aliisque fere omnibus medicaminibus frustra adhibitis, tandem doctus fuit ab indigena quodam de potestate tabaci, qui illum monebat, ut in forma cataplasmatis cum sinapi, ad carpos et scrobiculum cordis, id applicaret. Obtemperavit, atque omnino sanatus fuit. Effectus fuere sudores largi, frigidi, nausea permagna, et tandem vomitus violentus per horas aliquot.

Praeclarorum virorum auctoritatem non recuso; nec res impossibilis videbitur, si quis dotes hujus plantae bene secum perpenderet. Ex historia enim herbae apparet, eam emeticam vim possidere, quod quoque confirmatum a Lewis † multisque aliis stat.

Neminem latet, emetica hunc morbum saepe depellere, exempla cujus pluria in auctoribus extant ‡. Igitur, quanto vim habet emeticam, tanto prodesse potest, non vero utra.

† Vid. Lewis Mat. Med. art. Tabac.

‡ Vid. Edinb. Med. Ess. vol. 2. art. 5.

ultra. Tabacum tamen emeticum inelegans eſt, imo periculoſum; et multa aptiora praebet materia medica.

DE USU EJUS CONTRA COLICAM SPASMODICAM.

Non deſunt etiam qui nicotiana diverſis formis contra colicam ſpaſmodicam praeſcribunt, et laudant †.

Hoffman, inter alios, affirmat, ſe multos e plebe vidiſſe doloribus inteſtinorum admodum excrutiatos, qui, fumo ejus deglutito, a morbo ſtatim liberabantur. Experientia vero recentior hujus remedii ſucceſſum non confirmat. Pro clyſmate enim ſaepius fumus ejus in Noſocomio Edinenſi, urgente ilio, qui ſtadium tantum mihi eſſe videtur ultimum hujuſce colicae, incaſſum injectus fuit.

Gaubius ea in fumum elevata, atque in alvum immiſſa, pertinaciſſimas conſtipationes ſaepe feliciter ſeipſum ſolviſſe, quovis alio remediorum genere incaſſum tentato, pariter autumat; et hoc etiam tum herniis tum colica ſpaſmodica.

De Haen quoque eandem commendat, et varia refert exempla, ubi tentatus fuit fumus; at, quoniam aliis remediis, eodem tempore, uſus eſt, et quidem his ſatis fortibus, de vi fumi vera incertum eſt.

Si enim aliquis periculum facere velit, liceat; nam, in deſperatis, deſperata remedia tentare omnino fas eſt. Atque ad hoc propoſitum varia excogitata fuere inſtrumenta.

Is

† Vid Lew. Mat. Med. ut ſupra.

Is qui tale primus excogitavit doctiss. fuit Utzerus, diverso vero proposito. Postea Schaeffer, medicus Ratisbonensis, alterum exhibuit, instrumentum clysmaticum nuncupatum, cujus iconen in libello, 1757 in lucem edito, habes. Deinde de Haen, medicus Viennensis ad Schaefferum aliud transmisit, qui idem utcunque corregit, et iconen cum suo in libello supra memorato depictum curabat. Demum, illustr. Gaubius 1771 † aliud excussit, cui nomen *instrumenti clysmatici ad fumum nicotianae in anum impellendum* dedit; et satis, me judice, simplex est.

Aiken ‡, chirurgus peritus Edinensis, 1775, hocce, utcunque iterum, ut censet, reformatum delineavit.

Berenbroek nuper aliud, et quidem omnium simplicissimum, excudit, cujus exemplar ad Prof. Cullenum, ut idem Collegio Regali Medicinae Edinensi ille exhiberet, transmisit. Hoc vero nullatenus laudare possum, quoniam tubulus ex ligno factus, nec, ut oportet, flexilis est; et etiam quia rectus, et non paululum sinuatus, ut ad intestini recti sinuositatem melius accommodatus sit.

Professor Monro neque hoc neque illud magni aestimat, sed syringem, quam suis auditoribus quotannis ostendere solet, cum duplici papilla, longe prae aliis, et praecipue prae ingeniosi Gaubii folle praefert, ob id, quod quantitas fumi immissi ad amussim ad mensuram exactam reduci possit, quo satis bene operatores cavere queant, ne praeter capacitatem suam intestina fumo repleantur, et inde rumpantur; quod, e contrario, forsan fieret, si follis ad fumum injiciendum usurpetur.

Quatuor

† Vid. Adversar. &c. p. 45.

‡ Vid. Ess. and cases in surgery.

Quatuor horum inſtrumentorum formas lectoribus noſtris delineari curavimus, quas apud tab. II. videant. Plures in Noſocomio Regali Edinenſi ſyringe etiam hac Monroiana tractati ſunt, ſed, ut ſupra dictum, fruſtra.

Imo experientia repertum eſt, vires tabaci narcoticas plus mali quam dotes ſtimulantes atque antiſpaſmodicas boni, corpori humano inferre.

Dominus Evans decoctum ejuſdem herbae ſaepe tentavit, et huic propoſito utile eſſe affirmat, quoniam nunquam ſpem ejus fefellit, dum, e contrario, fumum damnat.

Certe ſtimulum acrem praebet, quod probatur ex vomitu, ſi abdomini applicatum fuerit. Draſticum quoque eſt purgans. Nec dubitandum quin interdum conſtrictiones inteſtinorum amovere queat.

Olim etiam ex planta extractum hoc in morbo, ad abdomen illinendum, inter Lappones † commune et celeberrimum fuit remedium. Attamen hi rudes et indocti ſunt, neque medicinae cultura ibi adhuc floret. Et, quoniam ii remedia meliora neſciant, quaecunque ſunt nota praeſcribere cogantur.

DE USU EJUS CONTRA HYDROPEN.

Ad aquam e corpore educendam, nonnulli olim tabaco uſi ſunt. Ex Dodonaei auctoritate, traditur hiſtoria, ſuccum nempe ejus quatuor aut quinque unciarum pondere

† Vid. Diſſ. Morb. Lapon. auct. Lorſ. Martin Gothburgenſ. vid. quoque Duncani Comment.

dere potum, ſanaviſſe hydropicum. Symptomata haec ſubito poſt uſum graſſabantur, alvus vehementer turbata, et profundus ſomnus. Æger media aetate, et ruſticus, et fortis fuit. Magnenus etiam ſemel tabaci periculum fecit in muliere hydropica, poſtquam omnino deſperaverat de ejus valitudine. Et tantam aquae copiam eduxit, ut quamvis exiguam quantitatem exhibuiſſet foliorum decocti ex vino albo ; tamen ita debilitata aegra eſt, ut viribus omni ratione providendum eſſet, et intermittenda curatio, donec reficeretur. Poſt menſem obiit. Fatetur autem morbum inveteratum, et aegram debilem ac aetatis declinantis fuiſſe. Sed non magis prodeſſe videtur medicamentum, quam alia draſtica purgantia.

Nuper diverſa forma hydropicis exhibitum eſt, nempe, in cinerum forma †. Exemplum unum habemus hydropis feliciter ſanati, ope cineris, poſt combuſtam nicotianam, collecti, cujus quantitas a drachma dimidia ad drachmam unam bis in die ſat eſt, in exigua cujuſvis liquoris quantitate.

Quicunque ſecum paululum rem perpendet, modum operandi facile explicabilem reperiet. Nam, quoniam morbum ſanat quicquid aquam amovere poteſt, et quum per organa excernentia haec expelli poteſt, ſequitur, ut quaecunque urinam movere valeant, idonea copia ſumpta, prodeſſe poſſint. Nunc bene notum eſt, alkalina pulchre convenire eam eliminare ; et a re chymica docemur, omnes plantas combuſtas alkali plus minuſve praebere, nec unam ab alia in hoc differre, niſi quantitate ſola. Igitur

cineres

† Vid. Duncan's Comm. vol. 3. p. 33.

cineres tabaci prodesse queant, quatenus alkali continent: Nescio vero quare impurum hoc anteponemus, quum multo purius, nimirum, sal tartari, aliaque, officinis in promptu sunt. Unicum istiusmodi exemplum, me judice, tantum probat, alkalina, veluti alia diuretica, hydropi mederi posse.

DE EJUS USU CONTRA SCORBUTUM.

Autumatum olim fuit, nicotianam scorbuto commode occurrere posse: Et, quum dudum saevit dira strage morbus inter Imperatoris Germaniae acies, ad Vindobonensem academiam literas misit Imperator, rogans, ut professores medicinae hujus morbi ita lethalis methodum certam avertendi dicerent; responsionem literis imperialibus remiserunt docti, ut imperaret medicis ordinariis, inter aegrotos quotidie versatis, usum nicotianae fumi, ac aliarum hujusmodi herbarum instituere †.

Sunt etiam praeter medicos Vindobonenses qui idem sentiunt. Nam Frederic Vander Mye refert, scorbuto decumbentes ex exercitu, qui in Breda obsidebantur, indies convaluisse, quam primum satis nicotianae comparatum esset, quae mira felicitate operabatur, antidotum contra scorbutum praestantissimum habita; addit autem, vinum quoque eos libere simul bibisse.

Annon totum beneficium vino attribui potest? quisnam enim dotes tonicas et antisepticas vini generosi ignorat?

Contra

† Vid. Lind on the Scurvy.

Contra vero non desunt alii, de scorbuto tractantes, qui inter multas causas nimium nicotianae usum incusare vix dubitaverint, quoniam vires ventriculi plurimum laederet †.

Hervius item, de eodem scribens, quem illi distinguere in scorbutum *oris* et *cruris* placet, inter causas occasionales nicotianam, aërem multo sale commixtum, nimium salis marini, necnon spirituum stillatitiorum usum, commemorat.

Ab omnibus autem agnoscitur, causam hujus morbi inopiam esse vegetabilium recentium, una cum cibi putridi ac salis copia immodica assumpta, praesertim si aeger in aëre impuro et humido diu manserit.

Lind vero, qui tam pulchre de scorbuto scripsit, tota ejus natura vera detecta, succi hujus herbae tanquam utilissime contra ulcera scorbutica meminit. Ad hunc finem, si necesse sit, usurpetur; caute vero agat medicus, quoniam tanta acrimonia gaudeat.

DE EJUS USU CONTRA TINEAM CAPITIS.

‡ Lewis tabacum, propter acrimoniam ejus insignem, cautissime applicandum esse monet, ad quamcunque corporis partem, ubi soluta fuerit carnis continuitas. Effectus enim mali creberrime inde orti sunt. Inter plebem vero non parvi aestimatur contra nonnullas cutis affectiones.

Exemplum notabile relatum habemus a Chalmers cujusdam, qui tabacum unguenti forma applicuit ad tineam capitis

† Vid. Lind.

‡ Vid. Lew. Mat. Med.

capitis ſanandam. Morbus paulo poſt fere cedebat; tanta vero nauſea et vomitus, una cum ſudoribus frigidis, et animi deliquio, ſequebantur, ut ſtatim uſum omittere coactus fuerit.

DE USU NICOTIANÆ AD VULNERA RECENTIA.

Recentia folia vulneribus impoſita, ad ſanguinem ſiſtendum, et carnem iterum glutinandam, communi uſu olim fuerunt. Imo putredinem arcere quoque dicebantur.

Inter vulgus hodie etiam folia ejus ſiccata in vulneribus minoribus nuper inflictis laudantur.

Ab aëre quidem partem laeſam defendunt; itaque nonnihil ad ſanationem conducunt. Adhuc vero experientia non probat, vim ullam aliam tabaco ineſſe vulnera conglutinandi.

Sed, quum ſtimulus acerrimus ſit, inflammationem plus minuſve ſemper vulneribus recentibus orituram, non adaugere eam non poſſit. Igitur ad vulnerum medelam adhiberi vix debet.

DE EJUS USU AD HÆMORRHOIDES REPELLENDAS.

Hodie nicotiana inter empiricos contra haemorrhoidem ſaepe datur. Nec omnino poſthabita etiam a medicis ipſis, tametſi doctis. Periculoſum ſemper mihi apparuit

medicamen.

medicamen. Vide exemplum hujufmodi memorabile in libello, cui Titulus eft, ‘ the ufe and abufe of tobacco ;’ Londini 1721 edito, ubi eventus fere lethalis adminiftrationem fecutus eft. Neander dudum juffit vaporem, a decocto plantae elevatum, ano excipi, haemorrhoide vexante ; quod forte tutius fuerit, quam plantam ipfam, vel emplaftrum ex ea paratum applicare ; quoniam talis vapor fere aquofus erit, et metuendum effet, ne planta adeo acris dolorem augeret.

Similis praxis adhuc frequens eft ; nam plus quam femel vidi ipfe non vaporem folum, verum etiam cataplafmata foliorum contritorum, ab anu quadam inter plebem Hyberniae feptentrionalis fatis celebri adhibita.

DE USU CONTRA VISCERUM ABDOMINALIUM INDURATIONES.

Cataplafmata nicotianae a Neandro ac Everarto item contra omnes hepatis affectiones praefcripta funt. E contrario vero, Magnenus praxin damnat, fi partes inflammatae fuerint. At, de tali medendi ratione, quum nunc obfoleta jaceant eorum fcripta, vix differere pretium eft.

In actis vero Edinenfibus, fimilis methodus in ufum iterum revocatur : Et ibi exemplum memoratur ejus fucceffus contra hypochondrium induratum. Sed in hoc exemplo inftar emetici agebat, quo vix detur potentius remedium ad obftructiones, praefertim in abdomine, folvendas, vel abfceffus, fi adfint, rumpendos. Sed, in hoc ftatu, periculo

periculo non careret, pure, ſcilicet, in caveam abdominis effuſo.

DE USU CONTRA CÆPHALÆAM.

Pilulas tabaci Neander praeſcribere ſolebat, contra caephalaeam, quae hac in affectione magni ab illo habebantur.

Sed apud Lapones in diverſa forma nunc dierum adhibetur, qui errhina a tabaco praeparata non parvi laudant, quando ſaeviunt capitis dolores. Folia in pulverem teruntur, ac in nares recipiuntur: Inde fit muci excretio aucta, qua pro tempore ſopitur dolor †, alii folia tabaci partibus capitis, ubi dolor maxime urget, imponunt.

Illuſtris Gregorius, pater, dicit, multos ſibi notos gravi caephalaea laborantes, ex pulvere nicotianae, aliiſque errhinis, levamen ſibi ipſis conciliare ſedulo tentaſſe; at vix cum ullo ſucceſſu.

Si quis autem diu pulverem recipere aſſuefactus ſit, ac incaute ejus uſum intermiſerit, ex quo morbum induci ſuſpicetur, ſeſe iterum ad eum conferre proculdubio debet; ſin minus, abſtineat.

DE EJUS USU AD NUPER SUBMERSOS RESUSCITANDOS.

Angli primi, ut docemur, tabaci ſumum, ob alvi obſtructionem, ano immittere tentaverunt. Aliae gentes poſtea eos imitatae ſunt.

Multum

† Vid. Diſſ. de Morb. Lapod. Lors. Martin auct.

Multum tandem laudatus eſt ad nuper ſubmerſos reſuſcitandos; et ejus ſucceſſus varia exempla relata fuere †.

Dr Mead item eum extollit contra oppreſſionem ex vapore mephitico, aut aura lethifera cujuſcunque generis.

Verba ſunt, 'The firſt ſtep ſhould be to blow up the 'ſmoak of tobacco into the inteſtines ‡.' Cullenus quoque, qui de ſubmerſis tam pulchre ſcripſit, Mead, de Haen, &c. veſtigia arcte premens, uſum ejus pariter ſuadet. Audi ejus ratiocinia: 'For the exciting the action of the 'inteſtines, the moſt proper means is the application of 'their ordinary ſtimulus of dilatation; and this is moſt 'effectually applied by forcing a quantity of air into 'them by the fundiment. Even the throwing in cold 'air has been found uſeful; but it will certainly be better 'if heated air can be employed; and further, if that 'air can be impregnated with ſomething, which by its 'acrimony alſo may be powerful in ſtimulating the in-'teſtines.

'From all theſe conſiderations, the ſmoak of burning 'tobacco has been moſt commonly applied, and has, up-'on many occaſions, proved very effectual §.'

Attamen, re ulterius perpenſa, vix profuturus videtur: Imo, ut Profeſſor Monro opinatur, potius nocebit, propter nimiam ejus irritationem.

Contra uſum ejus gravis etiam ſe offert objectio, nempe, aërem eſſe medium nimis rarum, ut ſat caloris in inteſtina per eum immitti queat.

Praeterea,

† Vid. Gaub. adverſ. p. 45.

‡ Vid. Mead on poiſons.

§ Vid. Cullen's Letter to Lord Cathcart.

Praeterea, innumera exempla extiterunt, ubi fumus tabaci, in inteſtina immiſſus, nil omnino profuit; nec deſunt meliora et validiora remedia ad idem conſilium accommodata, ſive calorem, ſive acrem ſtimulum inteſtinis, admovere cupiamus, veluti clyſmata vini calidi, et ſimilia.

DE USU CONTRA VERMES INTRA INTESTINA.

Ad vermes ex inteſtinis expellendos atque necandos, diverſis formulis celebratur etiam nicotiana. Olim ſyrupus ex eo confectus fuit. Exhibita quoque fuit haec planta in infuſionis et ſucci puri forma †. Nonnulli cineres etiam hoc conſilio laudaverunt ‡; dum alii affirmant folia ejus, ventriculi externe regioni applicata, multum prodeſſe aegro verminoſo.

Porro, non deſunt qui clyſmata ex fumo per anum immiſerint ad aſcarides necandas §. Infantibus vero et delicatulis, nimis audax eſſet medicus, qui medicamine adeo acri uteretur, quum tutiora, neque minus efficacia, extent.

Ab experientia vero concludere non licet, nicotianam vermes necare poſſe, intra inteſtina ulla vi ſingulari, praeſertim, ſi per analogiam tum a vermibus, tum ab animalculis extra corpus, raciocinari detur.

Ab inventis enim D. Alexandri conſtat, animalcula nullatenus a tabaco necari. Nam pulverem, *rappee* vulgo dictum,

† Vis Sir Hans Sloan's Hiſt. of Jamaica, &c.

‡ Vid. Duncan's Praclect.

§ Vid. pract. and Theor. of Phyſ. 2. Ed. Dublin. Auct. M'Bride.

dictum, ille liquido quodam, ubi natabant animalcula, miscuit; sed non necabantur, quanquam liquor sepositus per totum hebdomadem, imo propemodum ad liquoris evaporationem, reservatus fuit. Postea, nicotianam cepit, eamque conscidit, phialae vitreae indidit, et aquam in eam affudit; nec adhuc illa extincta fuerunt *.

Quod ad quaedam vermium genera, qui a sinubus frontis ossis expulsi sunt, in pyxide inter tabacum satis diu eos vivere, expertum est †.

Et nuper et olim opinio fuit, eam lethalem esse cimibus, atque gliribus, &c. sed, si fides experimentis hisce Alexandrinis detur, neque id credere licebit.

Quod ad vermes intestinorum, vix mihi operari aliter videtur nicotiana, quam sua drastica vi.

DE USU EJUS CONTRA VERMES INTRA SINUS FRONTALES.

Accidit, quanquam raro, vermes intra sinus frontales, quorum ova fortasse cum aëre inspirata fuere, nonnunquam hospitari ‡. Hoc suspecto, nihil melius reperietur quam fumus nicotianae in nares injectus. Sed, quum periculosum sit, ob vim narcoticam eam injicere, alio ullo morbo caput afficiente, sive cephalaea pertinaci, sive etiam vagantibus capitis doloribus, qui cephalalgia nuncu-

D pati-

* Vid. Alexander's Exper.

† Vid. Med. Ess. vol. 6. Art. 78.

‡ Vid. Hill's Cases. Edin. Med. Ess. vol. 6. Art. 78. Hist. l'Acad. des Scien. 1733. and 1708.

pati ſunt †, ſymptomata hujuſce affectionis accurate perpendere debet medicus, et, quantum poteſt, certus fiat, vermes ibi exiſtere.

DE USU CONTRA EPILEPSIAM.

Succus hujus plantae ad ℥ij olim ſumebatur, interpolatis vicibus; ‡ et, teſtante Neandro, plures epilepſiae hoc medicamento ſanatae fuerunt. Forte nonnunquam accidit, epilepſiam ſanari poſſe a purgantibus, praeſertim in pueris, ubi ab irritatione inteſtinorum aliqua oriatur morbus. Vim purgantem certe habet haec planta; ſi vero noſtrum eſſet de epilepſia ulterius diſſerere, facile oſtendere et probare poſſemus, malum remedium huic propoſito ſe praebere nicotianam. Sed diſſertationem hoc de morbo inſtruere, et varias ejus cauſas recenſere, non impraeſentiarum in animo eſt, niſi quatenus ſolummodo ad tabacum refert.

Dicitur, plantam utilem quoque eſſe ad paroxyſmum epilepticum ſuffocandum; quo fine non deſunt qui, hoc inſtante, moneant ut fruſtulum ejuſdem inter dentes teneatur et maſticetur. In hoc vero laudes tabacum vix meretur, quum per experientiam docti ſimus, quamlibet ſubſtantiam inter dentium ſeries poſitam paroxyſmo nonnunquam obviam ire poſſe.

DE

† Vid. Sagari Noſol. 152. 153.

‡ Vid. Cullen. Mat. Med.

DE USU IN MENSIBUS SUPPRESSIS.

Affectionibus uterinis itidem commendata fuit nicotiana; atque etiam efficax habetur remedium ab illuſtri Culleno ipſo, qui, ut fumus ejus in uterum, catameniis ſuppreſſis, injiciatur, monet, aſſerens, quod ſatis potenter agere valeat per vim ſuam ſtimulantem †. Aliis fruſtra tentatis, ultra dubium, tabaci fumum experiri omnino expedit. Mihi autem remedium praeſtantius eſſe videtur in retentione, quam in ſuppreſſione hujuſce fluxus; quoniam, ſecundum Cullenum ‡, ſuis cauſis proximis penitus inter ſe differunt, ideoque diverſa remedia poſcunt: Illa, nimirum, ab uterinorum vaſorum laxitate et debilitate, hac vero a regiditate eorum extremitatum ſola pendente. Sed ad hoc propoſitum alia ſtimulantia tutiora ſunt, ſicut electricitas, &c.

DE USU EJUS CONTRA HERNIAS INCARCERATAS.

Dudum in diro hoc malo tentatus eſt fumus hujus plantae. Chirurgus peritiſſimus Heiſter, ex multorum tentaminum ſucceſſu, ad aſtra remedium extollit; pro certo affirmans, ſe, fumo rite adhibito, ſemper ſuccedere. Nec parvus eſt herniorum numerus, teſtante Gaubio, quibus, ſi forte egreſſi inteſtini conſtrictio, quam incarcerationem vocant, contigerit, fumus hicce ano immiſſus ſuccurrat: Addit

† Vid. Cull. Mat. Med.

‡ Vid. Cull. Firſt Lines.

Addit vir autem vocabulum *nonnunquam*, quod ſatis oſtendit, eundem omnibus aegris non profuiſſe *.

Deaſe quoque pariter hortatur, clyſmata acria, praeſertim ex nicotianae fumo parata, in hoc malo immitti †; atque opinionem ejus multa experientia ſuffulcit.

Pott item, ex cujus ſcriptis omnes rem medicam ambientes multa utilia quotidie hauriunt, laudes maximas eidem dat; variaque exempla tradidit, ubi votis ejus omnino reſpondebat ‡.

Notum vero eſt, calorem aërem in ſacco herniae contentum multo magis expandere, et ideo totius herniae magnitudinem augere, quam partes firmiores, annulum praeſertim duriſſimum, per quem delapſa eſſent inteſtina, laxare; hinc forte impedimentum potius quam auxilium in reducenda hernia a nicotianae fumo expectandum eſt.

Si bonum ullum nonnunquam inde repertum fuerit, ex animi deliquio ſolo, ab ejus effectibus violentis inducto, fit, quo totum corpus relaxatur, et inteſtina ideo facilius reducuntur. Certe tantam violentiam male fert corpus; et, ſi ſucceſſus non opus coronet, aegro forte haud parum nocebit. Neque ſagaciſſimo Monro haec latuerunt. Concedit autem, omnibus aliis fruſtra adhibitis, ac omni ſalutis ſpe ſublata, priuſquam operationem chirurgus inſtituat, immitti debere; quia dubium quam nullum remedium tentare praeſtat.

Methodus prorſus alia aliis peritis nuper placuit; inter quos numeratur Wilmer, qui fumum, in hoc morbo ſaepiſſime incaſſum exhibitum omnino damnat, quoniam

* Vid. Gaub. Adverſ. p. 47.

† Vid. Deaſe on wounds of the head.

‡ Vid. Chirurg. Obſ. Lond. 1775. caſes, 9. 10. 11. 13.

niam fucceffus ne femel quidem. ex multis periculis, ufum ejus fequebatur. Igitur fumi loco, aliorumque omnium calidorum, ad frigidiffima fefe recipiebat, et cum eventu fatis profpero; et, inter alia, lotiones externas facchari faturni, falis ammoniaci crudi, cum aceto mifti, &c. neque fpe vana, adhibuit †.

Cum aliae aliis ita adverfentur obfervationes, difficillimum erit inter eas rite dijudicare. Hoc tantum dicere licet, ut non temere ufus hujufce plantae fufcipiendus fit, propter acritudinem ejus, etiam in herniis incarceratis.

DE USU CONTRA ASTHMA SPASMODICUM.

Tanta eft neceffitas refpirationis, ut, ea fublata, ne quidem per breviffimum fpatium vivere poffimus. Omnis refpirandi difficultas *afthma* vulgo appellatur: Et auctores plerique morbum dividunt in orthopnoeam, quae gravior eft affectio; et dyfpnoeam, quae levior; ambae quarum ex caufis variis, imo frequenter maxime diverfis, nafcuntur. De his tamen non fermo nunc eft. Difcrimen hoc tantum notavi, ne remedia alii folummodo accommodata aliquis in alia fpecie pariter efficacia effe putet. Hic vero de afthmate revera fpafmodico agitur. Hoc ex fpafmo aut vafis bronchiorum extremis, aut glottide, aut fortaffe utrifque fimul inducto, originem fuam trahit: Aut, ut nonnullis placet, ex conftrictione fpafmodica ramulorum arteriae pulmonaris, quae reditum fanguinis ad cor multum obftat. Quaecunque ideo eum folvere valeant,

† Vid Cafes and remarks in furgery, by Wilmer, 1779.

valeant, morbum aut penitus tollent, aut ſaltem levabunt.

A me longe ſit leviter aeſtimare quicquid ullam prae ſe ferat ſpeciem hocce malum grave, et, ut mihi videtur, plerumque omnino inſanabile, opitulandi.

Inter multa contra hunc morbum tentata, nicotianae fumus ore quotidie et ſedulo hauſtus non ſine ſua laude memoratur.

Magnenus olim, de tabaco tractans, haec verba habet: 'Aſthmaticis confert ſuccus, ſyrupus, conſerva, tubuli 'fumus, vapor, folia, et vinum tabacinum . . . . Poterit 'ergo quotidie mane aeger aliquod ſyrupi deglutire, vel, ſi 'ejus ſtomachus non ferat, ut contingit biliofis, ore deti'neat conſervam, vel folia maſticet †.' Item Dr Pitcairn praeſcribere ſolet aſthmaticis infuſionem hujus in cereviſia tenui, per noctis ſpatium, quae ſemper violenter operari obſervata fuit ‡.

Hodierni ad eundem finem nicotianae uſum quoque hortantur et laudant. Exemplum hujus nuper habui mihi relatum a generoſo quodam ad eundum ſcopum, nempe, de ſeipſo, qui, currente hyeme, dyſpnoea, tuſſi, et raucedine laboravit, et magnopere inde excrutiatus; neque ob tuſſim et dyſpnoeam bene dormire potuit, ni hora decumbendi tabaci fumi fiſtulam unam aut alteram inhauriat: Hoc vero facto, ſatis bene dormiebat. Dignum obſervatu tamen eſt, illum ejuſdem fumi omnino amatorem et nunc et antehac fuïſſe.

Infuſionem

† Vid. p. 241.

‡ Vid. Alſton's Mat. Med. v. 2 p. 192.

Infuſionem ejuſdem emeticum utile fore, dicit Dr M'Bride †, ac pariter eum maſticari commendat, quaſi remedium potens, et ab experientia comprobatum, in aſthmaticis paroxyſmis obviam eundo.

Similem doctrinam docet Dr Duncan auditoribus ſuis, quam experientia ſua quoque ſuffulcit, quum affirmat, ſe nonnullos morbo hocce excrutiatos vidiſſe, quibus ejuſdem fumi uſu commodum non parvum obtinebatur. Namque ilico fere poſt ejus uſum ſolvebatur paroxyſmus.

Auctoritas certe viri tam egregii, et cui quoque haud parum debeo, quoniam ex ejus praelectionibus veram hauſi doctrinam, et mihi ſtudiis incumbenti amiciſſimus fuit, non leviter a me habenda eſt. Sed, re mature perpenſa, quantum ad fumum hujus herbae attinet, herbarum aromaticarum fumo, ut mihi videtur, vix anteferendus eſt. Imo, nonnunquam aliae preferri debent herbae, ſi aegri a tabaco abhorreant ; nec deſunt tales ; et ad hoc ſedulo proſpicere debet medicus.

C A S U S.

Nuper ad foeminam quandam accerſitus fui, quae aſthmate revera ſpaſmodico, per multos annos, laboraverat, Mihi omnia interroganti de remediis antea ab illa ſumptis, reſpondit, ſe conſilium a medico ſatis perito recepiſſe, nicotianae, nempe, fumum haurire, cui diu obtemperare tentavit ; ſine vero ullo commodo: Fumo nauſeam permagnam

† Vid. Theor. and Pract. Ed. 2. Dublin.

magnam et anxietatem illi ſemper creante. Uſu ejus demum omnino omiſſo, ad ſeminum aniſi uſum ſeſe contulit, quo, fumo adhibito, aliquod levaminis experta eſt, neque ullam aegritudinem inde patiebatur mulier. Concludere illinc, ni multum fallor, licet, nicotianam herbis aromaticis nullo modo praeſtare. Ergo, me judice, herba Britannica dicta, aut ſimilis herbarum compoſitio ſiccarum, ſatis intenſioni huic reſpondeat †. Imo non raro his cedere debet; nam ab experientia compertum habetur, iis, quibus ſyſtematis nervoſi ſenſilitas valde eſt exquiſita, non ſolum nicotianae fumum paroxyſmo praebere originem, verum quoque omnes ingratos foetidoſque odores; imo interdum odores ſatis ſuaveolentes, idonea occaſione data, anhelationis cauſam eſſe; atque, quamvis clariſſ. Duncano ſingulus accidebat caſus, ubi tantum levamen inferebat fumus, ut haec in commendationem tabaci habet verba: 'I have known a gentleman who prevents 'a fit (aſthmatis nempe) by means of a pipe, which he 'makes his travelling companion ‡;' tamen talia rariora ſunt exempla.

Si vero tabaci fumum aſſuetus aeger haurire antea fuerit, et inde levamen expertus ſit, eum relinquere nullatenus debet ‖.

Quando

† Si tuſſilaginis part. 3. euphraſiae et ſerpilli, p. 1. betoniae, p. 1. et marjoranae p. dimid. accipias, et eas ſiccari cures, fumus ſatis gratus a tali herbarum compoſitione aſthmaticis omnibus hauriatur.

‡ Prael. Dunc. de aſthm. ſpaſm.

‖ Illuſtriſſ. Black, rei chymicae Profeſſor mihi nuper quoque dixit, ſe noviſſe nonnullos fumo hujus herbae multum levatos fuiſſe. Nequaquam equidem de facto hocce dubito; ſed eadem reſponſio illi forte ſufficiat, nimirum, talia rariora eſſe exempla.

Quandoquidem haec planta tam acris eſt, admodum mirum ſit, plures ab ejus uſu non abhorrere. Nemini ſane primo grata eſt, nec, niſi poſt multa tentamina tolerabilis. Sunt quidem, qui, ob ſuam naturalem averſionem, hocce pharmaco nunquam uti queant.

Cum vero ab experientia Duncani, et ab caſu ſuperiore ſolitario, a me nunc tradito, patet, fumum in ore detentum nonnunquam morbum hunc ſpaſmodicum levare; talibus igitur aegrotantibus eum tentare medico ſuadere licet; ſed eodem tempore, non omnibus fumum tabaci praeſcribere debet, quum ex praedictis nullatenus ſequitur, nicotianae fumum ſolum palmam aliarum herbarum fumo praeripere poſſe.

DE USU EJUS CONTRA ODONTALGIAM.

Multi nicotianae fumum pro remedio inſpirunt contra odontalgiam. Et exhibent hoc antidotum ſuis aut amicorum periculis, ut dicunt, optime notum. ‘ Admittit ‘ credulitas ; ſanat fiducia ; et decepti ſuam tabaco ſani- ‘ tatem imputarunt ; quanquam vi naturae ſola e morbo ‘ eluctati ſunt †.’

Quum narcotica vi herba gaudeat, dolores dentis nonnihil lenire oportet, irritatione paululum ſopita ; fruſtra vero inde ſanationem ſperabunt.

Si quis tamen naturam odontalgiae pauliſper perſcrutare velit, manifeſto patebit, tabaci fumum nullo modo

E morbum

† Vid. Miſocapn.

morbum mederi poſſe. Haud raro enim ex dente corrupto oritur dolor, ubi irritatio nervo maxillari, dentibus gingiviſque inſervienti, communicatur, ex quo partes late circum inflammantur.

Nunc uſus ejus hoc in morbo ortus eſſe videtur, quia, dum ſaeviat odontalgia, major ſalivae copia excerni obſervatur; igitur, quaecunque ſputationem augeant, male prodeſſe credebantur; et inde multi copiam ſalivae nimiam minui putabant, quam eſſe morbi cauſam ſtolide tenebant. Attamen difficillimum, per copioſiſſimam ſputationem, eum a diverſo omnino fonte revera ſcatentem delere reperietur. Sed proſequi ulterius odontalgiam nunc non noſtrum eſt; et probare ſat eſt, nicotianae fumum inutile eſſe remedium.

Denique, fumus ejus quotidie inſpiratus, dentes, tametſi ſanos, laedere debet, quia per aeſtum inter fumigandum partes volatiles ac ſtimulantes evolvuntur, elevantur, quae dentes penetrarent atque corrumperent. Experientia hoc ultra dubium poſuit. Quiſquis enim fumum diu haurire aſſuetus dentes nigros et putridos habet. Verbo, quum dentes laedit fumus, odontalgiam inferre poteſt, ideoque potius auget, quam tollit morbum.

DE USU CONTRA OCULORUM AFFECTIONES.

Haud mirum nicotianam, contra omnes fere morbos commendatam, in oculorum affectionibus quoque laudari. Multi hodie, ob cauſam hanc ſolam, uſum ejus primo ſuſceperunt. Nec ſolummodo contra inflammationes

tiones his organis inductis, fed contra cicatrices et caecitatem pariter increbruit.

Bontius, qui olim artem Apollinarem cum honore in India Orientali diu feliciter exercuit, pulverem Nicotianae laudat, et navigantes ad Amboinam, infulafque Moluccas, ac freta vicina, eum in nares recipere fedulo monet, fi caecitate correpti fint. Nam haud raro fit, has caecitate, et oculorum vitiis aliis, ut ille affirmat, gravari. Quod malum oriri putat ab oriza, quam edunt incolae nimis calida. Nofque certiores facit, feipfum frequenter morbum fublevaffe, errhinorum ope, ex tabaci pulvere praeparatorum †.

Porro, contra oculorum inflammationes five a morbo idiopathico, five fymptomatico, fine difcrimine, hodie ufurpatur, a vulgo faltem, nicotiana. Et a medicis etiam peritis haud raro commendatur.

Verum quidem eft, quod levamen, quamvis fugax, paucis his morbis primo inferat; fed prava confuetudo poftea nullo pacto rumpenda inde oritur.

DE USU CONTRA AURIUM VITIA.

Nonnulli etiam pulveres fternutatorios contra aurium vitia commendant, quando, nempe, multa ferofitas in capite collecta, circum aures procumbit, et, membranam tenuiffimam nerveam, aurium labyrinthos obducentem, nimis humectat et relaxat ‡.

Hi afferunt, quod, in tali cafu, colluvies haec ibi haerens,

† Vid. Bont. Dif. of E. Ind.

‡ Vid. Hoffman.

rens, ab errhinis, vel ſternutatoriis, per ductus Euſtachianos, ex auribus ad palatum abeuntes, commode evacuetur. Hoc verum ſit; ſed optime notum eſt, per uſum quotidianum talium medicamentorum, ſternutationem prorſus ceſſare, neque ulterius his errhinis, praecipue ſi a nicotiana confecta ſint, excitari poſſe. Igitur, quamvis primo levamen inferant ſternutatoria a tabaco confecta, poſt multum tamen uſum, commodum, nullo modo, ut quondam, aegro dabunt.

Verbo, ille, me judice, qui ad vitia aurium amovenda, pulverem nicotianae quotidie in naſum inſpiraret, longe errat, quia uſus ejus perpetuus effectus hos ſternutatorios prorſus deſtruit. Imo, ſecundum ſagaciſſimum Hoffmannum, perverſus talis modi abuſus, dum, ſingulis fere momentis, in nares pulvis attrahatur, non parum damni et nocumenti afferat hominibus, praeſertim ſi tales naturae ſiccioris ſint.

Multae exiſtunt aliae corporis affectiones ubi plantae hujus virtutes olim fere ad aſtra ferebantur, podagra, nempe, et dyſenteria, partus difficilis, et plurimi alii praeterea morbi.

In morbis vero ſanandis, ex jam dictis, luculenter patebit, illam vix tantas meruiſſe laudes. Sed, quoniam utilis nonnunquam reperta nicotiana fuit, contra hernias et duritiem alvi pertinacem, in ileo, atque colico ſpaſmodico, contraque vermes in ſinu frontali hoſpitantes, locus in pharmacopoeis proculdubio habere debet planta; eo magis, quod pro certo compertum eſt, qualitates ejus manifeſtas ſatis eſſe fortes, et maximae vires medicae a talibus remediis jure ſemper expectantur, quae corpus vehementer afficiunt.

Verbo,

Verbo, cum prudentia adhibita, in morbis quibuſdam proderit, in pleriſque autem aliis, quibus olim laudes illi falſe accumulabantur, nociva, aut, ad minimum, inutilis deprehendetur.

Haec de ejus uſu ad morbos medendos ſufficiant; et nunc ad alteram partem hujus diſſertationis progrediendum, ad hoſce morbos nempe oſtendendos, qui uſu plantae domeſtico, vel primo inducuntur, vel in pejus inde vertuntur.

PARS

PARS ALTERA.

MORBIS his, quamvis calamo, fateor, nimis festinante, percursis, quibus in sanandis hodie a medicis plurimis, aeque ac vulgo ignobili, nicotiana celebratur, alteram dissertationis partem nunc aggrediamur, nempe, ad hos morbos, ab ejus usu intempestivo aut inductos, aut graviores factos, referendos.

Non vero sine maxima haesitatione incipimus, quum herbam incusaturi simus, pro cujus utilitate nobiles et ignobiles, docti et indocti, pariter contendunt, eaque assidue utuntur.

Dr Hope, eximius rei botanicae apud Edinensem Professor, et cui liceat mihi gratias ex animo, ob multa et praeclara beneficia in me, diversis temporibus, collata, nunc agere, exoticas plantas suis auditoribus demonstrans, inter alia memorat, quantas barbaris gentibus laudes debemus, ex quibus plures atque perutiles plantas, quae antea nobis ignotae latuere, recepimus; quas inter, addit vir illustris, stant rheum, nicotiana, et plurimae aliae.

Assertio quidem generalis verissima est; nihilominus, quantum ad nicotianam spectat, nescio quibus argumentis utilitatem tantam hujus plantae vir eximius probare poterit, si ad corporis sanitatem respiciat.

Quod multis, quasi mercimonium utilis fuit, facile concedo; rem familiarem plurimis largam praebuit: Nec ad aerarium rei publicae, salutis fortasse detrimento, minus lucrifecit. Non de mercimonio vero, sed de utilitate ad bonam valitudinem, ut medicum decet, solummodo tractare volo.

Certissimum

Certiſſimum eſt, quod multis lethalis fuit †, neque ſine cauſa, quaſi fons morborum diverſorum incuſatur, utentibus luxuria vilis, non utentibus pharmacon ingratiſſimum.

Triplici modo pro luxuria homines nicotiana utuntur, fumo, ſcilicet, pulvere, et foliis ad manducandum, ſinguli quorum affectatores plurimos nacti ſunt, et vix minus alimento ipſo multis aeſtimatur, neque minori aviditate appetitur.

Priuſquam morbos inde orituros oſtendere incipimus, partes breviter deſcribere oportebit, ad quas vel primo admovetur, vel brevi penetrat.

DE SINUBUS IN NARES PATENTIBUS.

Hi ſunt, 1. duo frontales ſinus; 2. duo ſphaenoidales; 3. cellulae, alias ſinus ethmoidales dictae; et, 4. ſinus maxillaris.

1. Frontales curſum tortuoſum tenent, ex nare utroque frontem verſus, magis magiſque patentes. In multis coeunt; in aliis vero ſeorſum ſemper manent. Creſcunt, ut creſcit aetas, ad extremam uſque vitae horam †.

In infantibus enim ita parvi ſunt, ut revera exiſtere affirmare vix poſſis. Deſcendunt quoque in cellulam ethmoideam aliquam, cumque ea in nares aperiunt, et oſſe ſolido exculpuntur.

2. Sphaenoidales ſinus rotundiores, et in utraque diametro non exigui; praeterea, ante ſellam turcicam, et quoque

† Monro Praelect.

quoque ſub ea, imo et poſt eam, late in oſſe multiformi excavati, inque ſupremum narium meatum, antrorſum patuli ſunt †.

3. Cellulae, alias dictae ſinus ethmoidales, tres, quatuor, utrinque, aut plures, tenerrimae, et ex oſſe quoque effoſſae ſunt. Quarum anteriores in medium, poſteriores in ſupremum lateralem narium canalem aperiuntur.

4. Denique, ſinus maxillaris vaſtus, et ante natum jam inceptus in oſſe maxillae peculiariter dicto excavatus eſt, et tenera lamina oſſea undique clauſus, ad medium meatum patet.

Omnes hi ſinus receſſuſque tremores aëris, quales ſonum faciunt, et accipiunt, et reddunt, et augent, et modulantur quodammodo. Inde luculenter patebit, quare neceſſe ſit, homines nicotianae pulverem large et avide, ex longa conſuetudine, in nares attrahentes, vocis ſuavitatem perdere, et verba rauca et gutturalia emittere.

Nares enim nunc quaſi infarctae pulvere obſtruuntur, nec per eas facile inhalatur aut exhalatur aër, cujus multa extant quotidie ſub oculis exempla.

Si quis nunc me rogare vellet, qui fit, pulverem huncce in nares primo receptum fuiſſe? reſpondeo, Plantam in medicina ſolummodo uſurpatam, longeque notam unguentis aliiſque formulis priuſquam naribus adhibitam fuiſſe ‡. Cum nautae et milites autem tandem, quibus initio frequentior iſtius herbae fuit uſus, experimento didiciſſent, eam ſibi eſſe pharmacon, et irritatione caput exonerare,

cito

† Vid. Haller. Elem. Ph.

‡ Vid. Magnen.

cito uſus in nimiam et pravam conſuetudinem degeneravit.

Porro, longe antequam in nares domeſtice hauriebatur, Indi, Peruviani, ſimileſque gentes barbarae, in ignibus ſuis ſacris, hoſtiae loco, utebantur. Hoc modo quoque fata dicebant. Praeterea, ſi navigantes tempeſtate in periculum perducti eſſent, ad tabaci pulverem, tanquam ad ſacram anchoram, confugiebant: Eodemque ritu, quum periculis quibuſdam evaſiſſent, mimico geſtu, diſſonaque voce, veluti gratias agentes diis, pulverem in aërem projiciebant †. 'Uſus hujus pulveris,' dicit Hoffmannus, 'primum ad Italos venit, apud quos frequentiſſimus eſt; 'poſtea ad Gallos, et etiam ad ipſos Germanos, ſeſe ex-'tendit, ita ut tabacomania jam multi laborent; et ipſa 'conſuetudo talem pulverem fecerit pene cum aëre ne-'ceſſarium; pleriſque inutilis, et ſuperfluus, imo noxius 'eſt.'

Quod ad narium infarctionem nunc attinet; mihi eſſe videtur, non ſolummodo nares, ſed quoque ſinus hos nuper deſcriptos, eo repleri; nam, quamvis tortilis prorſus ſit via ad ſinus, quamvis item ſaepius ac diligenter nicotianae conſpurcatores naſum emungere curent, tamen, quum pulvis tam levis tamque ſubtilis ſit, et praeterea, inſpiratione ſtrenuiſſima, qua eum ſoliti attrahere ſunt, inhaletur, neceſſe ſit, ut qua detur porta ruat.

In antris maxillaribus proculdubio impactus repertus fuit, nec rationes ſatis validae mihi patent, quare in frontales pariter, alioſque ſinus, penetret.

Puta nunc, ſi velis, nulla alia mala, praeter vocis ſuavitatem amiſſam exinde oriri, quam, ut omnibus innoteſcit,

F pulvis,

† Vid. Magnen.

pulvis, poſt longum uſum, creat; dehortari tamen id ſolum debet, aut, ad minimum, homines impellere ut parcius ſibimetipſis indulgerent.

Porro, gravem et hircoſum odorem illo utentes plerumque emittunt, olfactui aliorum omnino ingratum.

Denique, nimio et intempeſtivo ejus uſu, pulchritudinem minuit, deſtruit; cutis colorem mutat, naſum totum externe ſubfuſcum reddit, et interne, circumque narium alam, turpe quidem aſtantibus ſpectaculum. Unde Virgines Gallicae nobiles ab ejus uſu abhorrent, nec niſi nupti eam uſurpant: Praeterea, acritudo ejus ſuperius labium ſaepiſſime decorticat, luteoque colore totam fere faciem deturpat.

Malum quoque non levius, ſub quod laborant tales, ſupereſt ut recenſeamus: Verbis, nimirum, articulandis difficultatem magnam ſuſtinent.

Antea demonſtrare conati ſumus, quo liberius in ſinus irruat aër, eo clariorem emitti vocem. Quicquid eos obſtruit, literas naſales *m. n.* et *ng.* efferre nullatenus ſinit; et exinde quaſi rauca evadit vox, aut tetra, qualis per nares vulgo tranſire dicatur.

Nunc, ſi ad quantitatem a multis quotidie ſumptam reſpiceres, primo patebit intuitu, vocem multum corrumpi oportere. Refert enim Magnenus de quodam illi ipſi optime noto, cui tanta voluptas uſus hujus pulveris fuit, ut unica die uncias quatuor naſo ſuo perdiderit †. Hoffman quoque de alio refert homine, qui quotidie uncias tres ejuſdem in nares attraxit.

Mihi

† Vid. Magnen. p. 144.

Mihi hodie noti ſunt pauci, quibus duae indies unciae vix ſufficiunt. Haud raro quidem obſervare datum eſt, unam eodem ſpatio conſumi. Tanta certe quantitas non obſtruere liberum aëris in nares tranſitum non poteſt; inde verba naſalia proculdubio emittentur.

Praeterea, non ſolum hoc modo vocem corrumpit nicotianae uſus, ſed, laeſa interdum fit uvula, aut palatum, aut gula ipſa, et vocem et alias horum organorum actiones, veluti devorandi facultatem, multum impedit: Cujuſmodi triſte et lethale a tumore gulae exemplum nuper mihi relatum fuit.

DE DYSPEPSIA EJUS USU ORTA.

Ex plantae hiſtoria patet, eam narcoticam eſſe, quod item a quotidianis tentaminibus firmatur. Hinc, quum indies large intra nares recipiatur, ut in ventriculum illabatur neceſſe fit. Tonum igitur minuit, et functiones hujus organi admodum impedit. Etenim omnia narcotica univerſum corpus hebetant, nervorumque fibrillas ventriculi multiplices, et tenerrimas, ob commercium id intimum, quo inter ſe diverſae corporis partes fruuntur, afficiunt, et juſto ſuo ſenſu privant. Saepiſſime quidem evomitus fuit pulvis, nec parca quantitate, et eundem dyſpepſiam ſaepe creare plurima exempla demonſtrarunt, varia quorum Cullenus ipſe quotannis ſuis auditoribus, inter praelegendum, referre ſolet †.

Nico-

† Cullen. praelect. 1777.

Nicotianam delere famem veteres, hac de planta tractantes, nempe, Neandrum, Magnenum, aliosque, seculis fere binis abhinc, non latuit: Qui inter alias virtutes enumeratas huic proposito etiam eam laudaverunt. At naturam hujus rei veram male intellexerunt; et ubi eos damnare prorsus oportebat, ibi admiratione stollida et simplici stupuerunt.

Monardes nos docet, Indos ipsos eam usurpare ad sitim famemque sedandam, imo, ut putabantur, arcendam ad dies aliquot ne cibo potuve egerent, quoties peregre illis est proficiscendum per avia et loca inhospita desertaque, ubi cibus potusve vix aut ne vix quidem comparari posset.

Expeditiones quoque trium vel forte plurium dierum eorum milites suscipere dicuntur, et bene sustinuisse, sola nicotiana freti, qua variis utebantur modis.

Porro, obsidione Valentiae anno 1636, miles fuerat, qui inediam sustinebat septem dierum, ita affirmatur, globulis ejusdem devoratis, vires belli laboribus aptas conservans.

Indi vero dicuntur multo longius famem sitimque ea arcere ob id quod planta his regionibus fortior est. Sequenti modo praeparant; partes nempe aequales ejus et cochlearum quarundarum testas accipiunt, terunt, simulque commiscent; siccant, in pilulas formant, et in umbra demum pro usu reponunt; iter per deserta locaque cibo carentia facturi, aliquot ex his assumunt, inter dentes reponunt, succumque assidue ex una alterave harum sugunt. Idem post intervalla quaedam repetunt per plures dies, omni quo tempore, nec fame, nec site, imo, neque lassitudine, ut fertur, per vias difficilimas iter facientes tentantur †.

Histo-

† Vid. Monard. Lopez de Gom. Oviedum, Benzoin. Delechamp. aliosque.

Hiſtoriam ſimilem milites fide digni Magneno olim retulerunt, nempe, ſeſcuncia nicotianae unica, biduum, ſine cibo, aut potu, imo, ſine horum deſiderio, ſe tranſegiſſe.

Facile aſſentiri poſſum opinioni, quae docet, hanc herbam famem minuere, quum vi narcoticae polleat; ſed parum veriſimile videtur aut nutrire poſſe nicotianam, aut vires diu ſuſtinere.

Homines vivere dies duos aut plures fortaſſe ſine cibo queant; nullo tamen modo vigent; contra, vires citiſſime deficiunt, collabuntur.

Quum vero vires concoctionis herba haec minuit, ſimul cum nervorum vi, pari ratione itaque ſecretiones parcius fluere cogit; unde proculdubio ſerius cibi appetitus redibit.

Praeterea, ad hanc rem ulterius explicandum, calor ipſe regionibus calidis, ſicut Indicis, (neminem enim hoc latet), ad appetitum ſedandum plurimum confert.

Denique, Indi, et milites in genere, inediae et laborum patientes ſunt. His rite igitur perpenſis, rei hujus ratio clare patebit; neque ad eam explicandam, ad mirabiles plantae hujuſce dotes, in viribus, dum labores ſuſtinentur, reficiendis, confugere licebit. Imo, Nicotius ipſe fatetur, eam nullatenus nutrire, quamvis eodem tempore affirmat, (forſitan autem male), quinque ex ejus ſociis, qui fumum non haurire potuerunt, laboribus periiſſe ‡. Vix tamen in hanc diſquiſitionem ut ineamus res mereri videatur; at, cum non pauci ſunt, qui pro uſu ejus domeſtico argumentis hujuſmodi ſtrenue contendant, eam his paucis obiter tetigiſſe aequum a nobis ducebatur.

DE

‡ Vid. Sir Hans Sloane's hiſt.

DE MUCI SECRETIONE.

Quandoquidem a multis laudatur nicotiana ad augendam e naribus ſecretionem, nec infrequenter diverſis in morbis tum capitis, tum oculorum, ad eundem finem praeſcribitur, paululum inquirere liceat, qualis ſit hic ſecretus liquor, et quibuſnam dotibus praeditus.

Mucus qui nuncupatus, non e naſo ſolum, ſed variis etiam corporis partibus ſecernitur.

Diſputatur inter phyſiologos, utrum ſecretio fit propriis glandulis, et novus omnino liquor naſcitur; an in ſanguine prius exiſtebat, ex quo tantum percolatur. Senac ſua propria forma ſanguini ineſſe tenebat, et per experimentum ad eundem finem inſtitutum opinionem ſuffulcire conatus eſt, nempe, internam ventriculi cujuſdam animalis (vitulae, ni fallit memoria) membranam obtuſo cultello raſit; ex quo tantam hujus liquoris copiam obtinuit, quod concludere illi aequum viſum ſit, non folliculis hujus organi, ullo pacto, tantam contineri quantitatem poſſe.

Quantum ad qualitates muci manifeſtas pertinet; ſapore, odore, et colore omnino caret: Viſcidus eſt, adhaerens partibus quas tegit, quae omnium ejus dotum utiliſſima eſt. Cum aqua, teſtante Hallero, miſceri poteſt mucus, inque ea prompte diluitur. A putredine omnino eſt alienus; nam conſervatus per totum annum ſine foetore manſit †.

In

† Vid. Haller. Ph. El. et vid. quoque Hom. praelect. Mat. Med.

In aquae ſuperficiem natat, ergo aliquantulum minus ponderoſus.

Chemica tentamina in eundem raro inſtituta ſunt.

In calida induratur; in igne, in carbonis ſpeciem amburitur †.

Lixivioſi ſales, aut medii, non mucum, ſecundum Hallerum, ſolvunt.

Ab inventis Caroli Darwin eum in acido vitriolico ſolvi docemur ‡.

Solvitur pariter, tametſi tarde, fixi alkali cauſtici lixivio.

Maxima pars aquoſa eſt; nam, ſi in vaſis igni expoſitis recens mucus inditus fuerit, decima octava tantum pars, quae in vaporem non abit, manet. Quum oleum ineſt, quamvis parva quantitate, proculdubio ex eo naturam viſcidam habet §.

Quamvis mucus ubique non ejuſdem naturae eſt, hoc tamen commune poſſidet, ut lubricus humor ſit, quo aëris, ciborum urinaeque via late obungitur; varias quidem teget partes corporis.

Mucus narium, qui ad noſtrum ſcopum magis pertinet, omnium horum linimentorum ſpiſſiſſimus eſt, et, ex arteriolis in minimas cryptas, et ex his iterum in ſinus pituitarios, deponitur ||. Hae glanduloſae eſſe videntur, et diverſa forma et ſtructura ſingulas indui. Attamen non in mente nunc eſt, de iis ſermonem inſtruere; aſſerere ſat it, has non ſimplices ſolum, verum etiam compoſitas ſeſe habere.

In

† Vid. Haller.

‡ Vid. Cull. Firſt Lines, vol. 2. p. 220.

§ Vid. Haller.

|| Vid. pag. 39, 40. ubi deſcribere tentavimus hos ſinus.

In narium cavea, ubi ſunt hi receſſus et ſinus pituitarii, ante deſcripti, muci vis quidem magna reſervatur; nec vero glandulae ullae illic reperiri queant. Conſtat igitur, liquorem hunc ſine glandulis interpoſitis excerni poſſe, et tantum moram requirere poſt ſecretionem a ſanguine, per vaſa exhalantia, ut ſpeciem prae ſe ſpiſſam ferat, officio ſuo a natura decreto bene ſimul fungens, nimirum teneris minutiſque nervis tuendis.

Praecipuus effectus folliculorum horum eſt, viſcidiorem reddere humorem, quem ſtatu fluido recipiunt. In nare omnino limpidus naſcitur, et eam conſervat naturam, coryza orta, cum e naribus magna copia diffluit, aut emungitur; tunc enim acrimonia nares ſolicitat, neque ſinit eum, ut antea, commorari, ut idoneam tenacitatem adipiſcatur. Haec ſpiſſitudo facit, ut ex his receptaculis, poſt moram debitam, acrimonia ſua et copia, ſuum receptaculum potentius irritet, et vires inde evacuantes ſolicitet.

Neceſſitas inſuperabilis, qua ad ſternutationem, tuſſim, &c. cogimur, nos monet, quam potens vis ſtimuli ſit, quo humores, etiam mitiores, excretionem ſuam ſolicitent, ut corpus hocce retento humore ſe liberet.

Ex his argumentis colligi poteſt, hoſce folliculos muſculari vi indui: At tempus nunc poſcit, ut ex hac digreſſione revertamur.

Certe ex praedictis, de indole ejus et partium natura, luculenter patebit oportere, quaecunque haec vaſa aut folliculos ſtimulent, muci excretionem quoque augeant; a qua actione tum bonum tumque malum non leve, ſecundum ſtimuli vim et durationem, oriatur.

Ad amovendam talem acrimoniam, et ut liberior muci excretio

excretio fluat, aeque in bronchiis et pulmonibus et naribus, proculdubio inſtituit natura ſternutationem.

Quatit plus quam tuſſis et corpus excitat: Et 'ut tuſ-'ſis ab irritatione glottidis, tracheae, bronchiorum, pul-'monis, ſic ſternutatio ab irritatione membranae narium 'oritur, raro a ſympathia, cum remotis partibus, pari 'ac tuſſis ratione, cauſam irritationis ſummovet, abſter-'git, et corpori igitur ſaepe prodeſt. Aliquando nocet, 'ſcilicet, ſi nimis vehemens fuerit *.'

Cum ſternutatio tam utilis ſaepe reperiatur, multi errhinis frequentius uſi ſunt, maximum inde commodum expectantes. Inter alia, hoc propoſito, ſaepiſſime uſurpatus fuit tabaci pulvis, contra capitis dolores aliaſque affectiones †: Nec dubito quin plus ſemel utilia reperta ſunt ſternutatoria. Non vero omnibus innocua evadit ſternutatio; quippe quae plethoricis, et illis vaſa ſanguifera aut in ventriculo, aut pulmone, aut etiam in naribus rupta habentibus, peſſima evadere oporteat; nec deſunt exempla ubi citiſſime lethalis fuit ‡.

Detur vero maxime utilem eſſe: Nullatenus inde expedit ſternutatoriis ſemper uti.

Qui tabacum in nares attrahunt propter vim ejus ſtimulantem, oblivisci videntur, omnia ſtimulantia effectus ſuos conſuetudine perdere, utpote indies uſu hebetiores fiunt nervi; nam quaecunque heri vehementer ſtimulaverunt, hodie, aut forſan poſtridie, ne vix quidem nervos moverint. Haec univerſa corporis lex eſt. Igitur recte concluditur, ſtimulum nervis applicatum, fortiorem aut debiliorem

* Vid. Conſpect. Med. Theoret. auct. Gregorio junior. Sect. 554. et infra.

† Vid. Part. prim.

‡ Vid. Magnen. Hoffman. Sir Hans Sloane's hiſt. of Jamaica, &c.

debiliorem evadere, in ratione vis illius immediate antecedentis, cui corpus magis ſeſe prius accommodaſſet, et aſſuetum fuiſſet. Hinc perſpicuum eſt, ſtimulum vocabulum eſſe relativum, quippe quod ſubſtantia aliqua hodie irritans et ſtimulans, cras partes eaſdem nullo pacto fortaſſe movere queat.

Exempla innumera, ſi neceſſarium recitare duceretur, ad hoc corroborandum extant.

Qui enim amara quotidie ſumunt, ut alvum laxiorem habeant, doſin indies augere coguntur. Idem omnibus aliis corporis partibus, quantum mihi notum eſt, una, videlicet, excretione diaphoretica excepta, quae ſemper portionem medicamenti minorem ad effectus eoſdem producendos poſcit.

Haec mihi probare videntur, ſtimulantium nimium uſum corporis functiones turbare et debilitare; ideoque, ſi detur, ut aliqui volunt, tabacum ſtimulum eſſe, quotidiano uſu corpus laedere, ſicut omnia alia ſtimulantia intempeſtive ſumpta, oportet.

Nec ratione contrarium eſt, tum ſtimulantem tum ſedantem vim huic pulveri attribuere.

Idem de opio, vino, aliiſque hujus naturae conſtat. Omnes enim ſubſtantiae, intra corpus receptae, quaecunque ſint, imprimis ſtimulare videntur, et vires ſedantes, quaſi effectus tantummodo ſecundarios, prodere. Atque hae fere ſemper fortiores aut debiliores erunt, conſuetudine abſtracta, in ratione vis ſtimuli. Et, quanto nunc ab harum aliqua incitatur, tanto, mox collapſa ineunte, deprimitur corpus.

Qui

Qui vini modicam copiam bibit, elevatur; at, ſi nimium, ſoporatur. Idem per tabacum fit, quoniam ebrietatem inferre queat.

Tabaci pulvere utentes ſedulo examinavi, ab iis rogans, ut me docerent, quales fuerunt perceptiones primo hoc fruentibus; mihi multi revera faſſi ſunt, ſe imprimis, ſola ſtimuli cauſa, herbam cupiviſſe, utpote perceptionem producere ſimilem ei quae a potu generoſo oritur, et eodem tempore auctam muci copiam e naſo eliminari, dum caput leviter afficiebat, atque corpus paululum calefaciebat. Tales vero effectus admodum fugaces fuere, ideoque iterum naſum alere inducti fuerunt.

Poſt longum vero uſum, etiam hos effectus producere ceſſavit, dum repetere poſtea quodam mirabili deſiderio coacti fuerunt, ut ſatis muci, ad membranam narium tuendam, ſecerneretur, utque certa perceptio ingrata inde orta tolleretur.

Imo medici nonnulli ipſi mihi dixerunt, ſe non poſſe eum relinquere, etiamſi bene noviſſent hunc pulverem valetudini magnopere obeſſe.

Probatum antea fuit, ventriculum tabacum debilitare: Sed, quum ſicut ſtimulus perbrevis agit, ſumitur etiam quaſi contra ſeipſum antidotum, quod non mirum omnibus apparere non poteſt.

Plerique igitur inter prandiendum pulvere utuntur, ut appetitum deficientem et langueſcentem paululum inde reficiant.

Notum bene quoque nunc eſt, acida, et fortia condimenta, poſt longum uſum, ſedantia evadere, tonum ventriculi ſimili modo laedentia. Sed plerique iis aſſueti nullatenus laute prandire poſſunt, ſine tali ſtimulo; ſemper enim per tempus breve ventriculum excitant. Idem, ut opinor,

nor, tabaci amatoribus experitur; ambo hocce organorum laedunt; et ambo quasi antidota contra seipsos avide petuntur, i. e. contra effectus malos ab eorum nimio usu ortos.

Difficillimum tamen explicatu invenietur, quare desiderium eadem stimulantia repetere ex usu indies crescit; unde consuetudo insuperabilis formatur.

Si sitis, fauciumve siccitas, aut fames percipiantur, certa incommoda sensit homo, et ad ea statim, quae antea amovere talia expertus est, iterum recurrit.

Singuli appetitus, ex absentia alicujus rei qua antea fruiti simus, oritur, et ab eodem fortasse fonte omnes irregulares appetitus profluunt: Inde crescere videtur spiritus ardentes bibendi cupiditas, ut et usus immodicus tabaci. Iis dum abstinent assueti, nescio quam debilitatem et anxietatem percipiunt; et stimuli quondam dati memores, ad eum, utrum poculum, utrumve tabacum fuerit, sese recipiunt.

EXEMPLUM.

Quaedam, dicit Professor clarus Cullenus †, familia illi bene nota est, quae, circiter primam pomeridianam horam, spiritus ardentis cyathum potare assueta. Si a domo ut abesset accideret, ubi non, ut solet, bibere datum esset, perceptiones incommodissimas totum reliquum diem experiri solebat. Frustra monuit ille a consuetudine tam prava desistere; jacta fuit alea, irrevocabili consuetudine devincta fuit. Imo, tam necessaria nunc tale meridianum poculum factum est, ut pergere, salutis causa, atque potare quotidie cogatur.

Nunc, si inquiramus, quo fit, ut repetitio ejusdem herbae tam

† Clin Prael. M. S.

tam avide cupiatur, ſe offert eadem reſponſio, ſcilicet, quod perceptio ſimilis ingrata oriri eo utentibus videatur, ad quam amovendam, iterum iterumque pulverem requirunt, hauriuntque, quoniam ſtimulus exinde ortus et naſum titillans ſubito tranſit, dum repetitio indies etiam fortior et crebrior poſtulatur.

Hebetiores quoque fiunt nervoſae narium fibrillae, unde quantitas muci ſatis larga non ſecernitur, ni hoc pulvere in horas ſtimulentur.

Porro, plus ſanguinis, ut videatur, longo nicotianae pulveris uſu, ad vaſa narium ſanguifera derivatur, quo melius ſuppeditetur haec larga mucoſi liquoris copia.

Num redduntur vaſa narium tabaci pulvere ampliora? Si verum hoc ſit, majorem nempe ſanguinis vim in ea ſemper revocatam eſſe, tandem ea ampliora reddi neceſſe videatur, ſicut aliis corporis partibus accidit, quando, propter vulnera, &c. ubi vaſa majora deſtruuntur, major ſanguinis rivus, curſu priſtino mutato, ad minora vaſa fertur, a quo tandem multo ampliantur.

Ex his intelligere poſſumus, quare oculorum inflammationes, dolores capitis, &c. affligant, ſi forte hicce pulvis omitteretur, quem tales per multos annos antea attrahere ſoliti fuerunt. Quibus in caſibus, ultra dubium eum repetere debet aeger. Nam in ſententiam Hippocratis non inire non poſſum, ſcilicet, ‘ a multo tempore ‘ conſueta, etiam ſi fuerint deteriora, inſuetis minus tur- ‘ bare ſolent †.’ Conſuetudo igitur eſt natura arte contracta. Si quis autem de conſuetudine plura videre vellet, inſpiciat diſſertationem inauguralem ſatis nitidam auctore

† Vid. Hippocr. aphor. ſect. 2. aph. 50.

auctore Culleno, filio, cum hac nostra nunc in lucem edendam, ubi exempla multa praeclara de vi ejus extant.

Si nunc me aliquis interrogare vellet, an unquam usus pulveris hujus, aut aliorum stimulantium ad nasum applicatorum, utilis fuerit? respondeo, certe exempla sunt, ubi plurimum boni praestent ad sanitatem fractam servandam, scilicet, quum minori justo copia mucus e naribus secernitur, et inde non bene teguntur hujus organi nervuli. Duo talia exempla ipse novi, ubi cum commodo nicotianae pulvis usurpatur; sed rara sunt talia, neque mihi videtur usum errhinorum indiscriminatum bene inde suffulciri posse.

Quum tamen antea probatum fuerit, tabacum dotibus perniciosis gaudere, quae fere semper pessimae, post longum herbae hujus usum, corpori humano fiunt, si mihi liceat, ad alia errhina, loco ejus, sese recipere homines hortarer; et inter quae, optimus fortasse pulvis, his proximis annis, notus, vulgo in officinis nunc prostat, viz. *the British herb tobacco* dictus, quippe quia ex herbis satis innocuis, si recte de eo didicerim, componatur, neque, quantum adhuc expertum est, effectus mali ex ejus usu producuntur, neque consuetudo prava inde sequitur; quoniam, post longum usum omitti queat, sine ullo incommodo aut prurigine ad repetitionem. De hoc certior omnino factus sum a quodam diu pulvere hocce utente, et qui, ob ophthalmiam pessimam cum successu bono eum incipiebat; morbo vero evanescente, ejus usum semper relinquens. Cum autem, ut frequenter accidit, recrudesceret morbus, simili prospero eventu iterum ejusdem pulveris usum repetit.

Alterum

Alterum malum infert pulvis nicotianae, olfactus nimirum diminutionem, depravationem.

Multae sunt substantiae intra corpus receptae, quae in nervos solummodo agunt, fibrillae quorum, ut omnibus innotescit, accutissime sentiunt: Et inde etiam vires talium rerum, quaecunque sint, oriuntur. Nec magis acutus est sensus ulli corporis parti, quam narium nervis, ubi mirum in modum per membranam Schneiderianam innumeri sunt dispersi.

Nam olfactu de viribus, aut noxiis aut salutaribus, ciborum monemur, nec non de variis vaporibus quae per aëra volitant.

Quod ad olfactus ulterius attinet; variabilis inter homines est. Diversi enim diversis placent odores. Difficillimum hoc explicare reperietur. Haller, qui eo sensu multum invaluit, caseum vel carnes, quanquam leviter putridas, allia, et quicquid fuit in odore paulo intensius, detestabatur †.

E contrario vero, qui, ut idem dicit, nicotianae pulvere, vini potu, organa narium obtundunt, tales odores graves facile ferunt.

Quicunque odore graviore diu assueti sunt, odores debiliores percipere non bene possunt; et lex naturae haec quoque esse videtur. Imo res patebit ex his observandis tabaci pulvere utentibus. Nam, si rosae aut aliarum herbarum suavium effluvia captare tentent, intra nares fere herbam odoriferam infigunt, eodem tempore strenuissime inspirantes, priusquam effluvium ejus percipere queant; et tum etiam leviter tantum, quoniam minus graveolentiam quam tabacum prodit, cui diu inspirare soliti sint. Praeterea, non hebetior

† Elem. Physf. tom. 5 p. 171.

hebetior solum reditur olfactus per nicotianae usum, verum exempla etiam extant, ubi prorsus abolitus fuit, quod a scriptis Magneni probatur, et singulum hujusmodi exemplum intra meam quoque notitiam antehac venit.

Nonnunquam, ut fertur, haemorrhagiam narium inducere videtur pulveris nicotianae usus; cujusmodi exemplum nuper mihi etiam relatum fuit. Forsan hoc potius accidebat, propter ad haemorrhagiam praedispositionem; aut fieri quoque queat, ex aliis materiis, veluti e vitro ad pulverem levem redacto, nicotianae pulvere admistis, quibus, ut nonnulli volunt, interdum hujus pulveris venditores, ad eum acuendum, immiscent.

Quanquam antea concedebatur, pulverem huncce inflammationes, pro tempore, oculorum amovere; nihil autem certius est, quam usum ejus nimium magnopere visum hebetare. Atque ratione quoque consentaneum est, stimulum ita potentem assidue nervis vicinis applicatum, functionem hujus organi multum corrumpere.

Lippi item plerique horum fiunt; particulas enim nicotianae acres, tam frequenter circum oculos volitantes, in eos haud raro incidere oportet; hinc irritentur, et forsitasse nonnunquam inflammentur. Qualicunque vero modo explicationem admittat, res ultra dubium non raro est.

Ab Hoffmanno asseritur, non tantum somnolentia, sed etiam apoplexia, nonnullos correptos fuisse, a nimio hujus pulveris copia; cujus memorabilia sunt bina exempla a Josepho Lazano relata †.

Primum de cive Farrariensi, qui ex nimia ejus quantitate assumpta coma somnolentum tam potens contraxit, ut

† Vid. Misc. N. Cur. Dec. I. an. 2. obs. 131.

ut neque ab acclamationibus domeſticis, neque ab alio ullo remedio expergiſci potuit, ſed in cubili ſedens omnino ſtupidus et immotus manſerit, donec tandem ſeptimâ die extinctus eſt.

Alterum horum exemplorum de quodam ſatellite fertur, ob continuam tabaci pulveris aſſumptionem, a phrenitide miſere interempto.

Quando inter guſtum et olfactum intima interſit connectio, fieri non poteſt, quin tabacum hunc ſenſum quoque laedat.

Hoc facile concedetur, ſi lector ſecum perpenderit quae antea dicta fuerunt, ſcilicet, pulverem hunc per gulam in ventriculum illabi, et ab ore exinde saepiſſime expui. Tonum totius corporis magnopere quoque minuit immodicus et longus hujus pulveris uſus; imo paralyſis eum ſecuta fuit.

Juvenis egregius, noſtri Culleni filius, qui una mecum pro honoribus in medicina ſummis nunc candidatus eſt, mihi nuperrime affirmavit, ſe quoſdam noviſſe levi paralyſi, praecipue manuum tremoribus, correptos fuiſſe a pulveris tabaci uſu ſolo intempeſtivo; et a ſuis ipſis obſervationibus prorſus ſe certum factum fuiſſe dixit, pulverem hunc multo magis genus nervoſum laedere, quam aut foliorum manducationem, aut fumi ejus in ore ſuccionem.

Hae cl. juvenis obſervationes omnino cum his illuſtriſ. Pringelii conveniunt, qui, teſtante Withers, ſaepiſſime notavit, intra longam et multam praxin, pulverem huncce nervorum atonias, manuum tremores, memoriam laeſam, et nonnunquam quoque paroxyſmos leves paralyſis producere †.

H His

† Vid. Withers on uſe and abuſe of Med. p. 273.

His nunc de pulvere tabaci peractis, luculenter patebit, quam ſtolide faciunt qui primo eum inconſiderate appetunt, ſola conſuetudine hominum quibuſcum verſantur inducti, nullaque neceſſitate coacti. Abuſum pulveris hujus, qui apud tempora Hoffmanni quoque plurimum increbruit, illuſtriſſimus ille medicus in ſilentio non praeterivit. 'Tanta,' dicit ille, 'increvit intemperies nonnullo-'rum, ut mira conſuetudine, vel imitatione, aut aucto-'ritate aliorum inducti, tale pulvere nares perpetuo vexare 'et irritare videantur, ut etiam inter mutua colloquia, 'conventus, et caenam, deeſſe aliquid humanitatis creda-'tur, niſi quis pixidem ſuam, qua ſervare pulverem ille 'ſolet, ſingulari officio, et inſerviendi ejus ſanitatem 'ſtudio, alteri offerat ad muci officinam purgandam †.'

Si quis autem ſecum decreverit plantae uſum omittere, ne temere id faciat, praeſertim ſi diu eo uſus fuerit.

DE SECUNDA METHODO TABACI UTENDI.

Alter eſt modus eo utendi, nempe in os fumum ejus inhauriendi, nec minus eſt nocuus, imo ſaepe multo ſanitati deterior.

Tabaci olim uſu ſuperſtitioſa fuit conſuetudo aeque fumo ac pulvere. Indi eo fata praedicebant. Audebant etiam bellum aut pacem ſuadere, proſperam aut infelicem expeditionem, tanquam e tripode, eo quoque praedicere; et ſic ope ejus fumi res futuras explorare ‡.

Ad

† Vid. Hoffman.

‡ Vid. Magnen. p. 92.

Ad talem insaniam imo venerunt Barbari, ut, suos deos hoc fumo delectari existimantes, sua fana eo implerint *.

Primo sacerdotes, hoc consilio, fumo usi erant †. At, cum non cuivis sacerdotem consulere fas est, praesertim si mercedis copia vacet, plebeii etiam privati fumum ejus inspirare ausi sunt, cujus deinde comperta vis usum ejus familiarissimum reddidit.

Duplici, ut videtur, proposito, ita agebant, nimirum, *primo*, ut futura praenoscerent; *secundo*, ut variis insomniis delectarentur; et, qualia ab ebrietate, talia ex abusu tabaci oriri comperierunt.

Hispani, inter barbaros eos gentes versantes, primo ab eo prorsus abhorrebant ‡. Nonnulli tamen eorum in angustiis itinerum deprehensi, omni deficiente anona §, Indis suadentibus, tabacum tentarunt, et illius usum. cum experti essent, aliis commendabant; unde a nautis militibusque usus ejus primum incepit.

Morem tamen fumo utendi in Europam invexere Angli, postquam Virginiam detexissent. Et celebrem illius usum fecit Drake, insignis his diebus nauta. Post Anglos, usi sunt, ut aiunt plerique, Belgae et Batavi.

Ita de origine fumi hujus plantae auctores scripserunt.

Vulgo quoque creditur, Gualterum Raleigh, Equitem, primum omnium tabaci fumum in Anglia hausisse. Nam redux ab America, morem vulgasse dicitur. Antiquior tamen,

* Harriot. in Virgin. Descript.

† Vid Sir. Hans Sloane's Hist. of Jamaica, &c.

‡ Vid Topaz. de Hist. Ind. Orient.

§ Fructus quocum hi vescebantur.

tamen, ni fallor, mos esse videtur; quippe quod a Plinio asseritur, suo tempore, haustum fuisse, non pro luxuria quidem, sed pro medicina. Nam tussi pertinaci ille ipse fumum commendat, aegros monens, ut per calamum in os haurientes eum deglutirent, et simul vini pauxillum ex uvis aridis parati, inter singulos fumi haustus, sorberent †. Imo, quanquam veteres scriptores ante Plinii tempora prorsus siluissent, vix credibile esset, ejus usum ignotum latuisse usque ad tempora Raleigh..

Usum nicotianae fumi indigenis mundi antiqui communem, aut etiam notum, nullatenus affirmo. Sat erit ad probandum morem hauriendi fumum multo vetustiorem extitisse, si probabile reddatur, aliarum herbarum fumum inter mortales tunc invaluisse.

Notum est, morem eundem inter Asiae et Africae incolas hodie universe valere; neque verisimile est, hos semper tenacissimos morum a majoribus suis traditorum, tam subito iniisse novos ab Europa translatos.

Ingeniosus Curtis, de re herbaria Londinensi scribens, sequentem profert conjecturam: 'Countries thinly inhabited are much infested with gnats. Travellers tell us, 'that the northern Asiatic Tartars constantly carry on 'their arms, during the summer, a pot of burning touch-'wood, sometimes prepared from the root of colts foot, 'to defend themselves by the smoak from the annoyance 'of these insects. It is probable one more ingenious 'than

† Plinius, de Tussilagine scribens, haec habet verba: 'Hujus aridae 'cum radice *fumus* per arundinem haustus et devoratus, veterem 'sanare dicitur tussim: Sed in singulos haustus passum gustandum 'est.' Vid Plin. tom. 2. p. 394.

'than the reſt, contrived to keep this fire alive by a com-'munication with his breath, and this expedient, by de-'grees, produced a tobacco pipe †.'

Multi forte quaeſiverint quare homines prae aliis plantis tabacum ſelegerint? reſpondere proculdubio liceat, propter propenſionem generis humani ad ebrietatem. Quippe cum primum id guſtavere, atque effectus ejus inebriantes experti ſunt, eam herbam prae aliis omnibus praeferrent. Omnino vera ſunt verba Hans Sloane Equitis: 'In all places,' dicit ille, 'where it has come, it has very much bewitch-'ed the inhabitants, from the more polite Europeans to 'the barbarous Hottentots ‡.'

Forte etiam hic mos primo contra inſecta noxia, veluti praeſidium, ſuſceptus fuit, mox vero inter omnes fere gentes luxuria ſenſim evaſit.

Dignum obſervatu eſt, eo immodice utentes ad ebrietatem aliis magis proclives eſſe. Obſervatores facile hoc agnoſcunt; dum enim bibitur, nicotiana maxime appetitur aut fumo, aut pulvere, ſicut antea ſeſe aſſueverant. Imo ſunt, qui dicunt, tales magis aliis ad venerem deditos eſſe. Si hoc vero quadrare repertum fuerit, in ſententiam Regis Jacobi inire liceat, qui haec habet verba: 'In convictu urbanitas; in lupinari ſalacitas, tabaco, ut cote, acuitur §.'

His de more antiquo fumum ſugendi peractis, inquirere paulisper nunc forte non abs re erit, quinam ſint effectus in corpus humanum inde producti?

Si

† Vid. Flor. London auct. Curtis.
‡ Vid Hiſt. of Jamaica, &c.
§ Vid Miſocapn. auct. Reg. Jacob.

Si nasum pulvis stimulet, et mucum majori copia eliciat, non minus fumus os fontesque salivales movet; unde saliva pleniori rivo fluere faciat.

Large a fumi sugentibus hic liquor expuitur, ex quo morbi varii oriuntur, quippe qui haud sine magno detrimento systemati humano dispenditur.

Ab experimentis quibusdam a Pringelio institutis, constat, salivam multum retardare atque cohibere fermentationem †; et exinde quoque aciditas moderatur, quo flatus et dyspepsia bene a natura ipsa restringuntur.

Summa salivae dignitas manifesta erit, si animum ad animalium omnes classes vertamus. Nulla enim classis ea caret, et eo copiosior datur, quo scciore et difficiliore cibo animalia utuntur. Hinc manifestum est, salivam digestione opitulari. Constabit igitur, eam non sine detrimento corpori, praecipue concoctioni, expui, quod, ut omnibus liquet, est tabaci fumi vitium. Imo macies producta fuit ex solo abusu spuendi.

Vulgo notum, Indos ipsos famem suam compescere partim jactura hujus liquoris, et partim a tabaco; quo fine sugere ejus fumum solent. Boerhaavius ipse in se expertus est, nullo tabaco uso, famem sublatam esse cum omnem salivam expuisset ‡.

Porro, jacturam salivae detrimento non parvo corpori fieri

† Ab ingenioso Perceval, Hiberno, hoc experimentum repetitum fuit, atque maxima cura, et simuli omnino eventu cum illustriss. Pringelio.

Ipse quoque idem periculum, ut meipsum de eo certiorem faciam, repetivi, et simili successu. Lis igitur inter M'Bride et Pringelium dirimi, atque hunc palmam mereri, videtur.

‡ Vid prael. Boerh.

fieri quoque patet ex eo, quod ſemper ſitim infert: Et hoc illis praecipue facit, quibus tabaci fumus avide et abunde hauritur. Hi inter eum ſugendum enim plurimum ſitiunt. Hoc non ex obſervationibus meis ſolis aſſero, ſed quoque ex illis aliorum.

Exempla producere potui, ſi neceſſarium eſſet, ubi inter fumigandum, ut ſitis reſtringatur, aquam plurimam ſemper bibere, partitis vicibus, coacti fuerunt tabaci fumi amatores. Neque illuſtrem Van Swietonium latuerunt tum hujus herbae, tum jactura ſalivae mali effectus; nam, cum de parocho illo loquitur, qui ſe, ut antea memoratum fuit, liberum a peſte ſervare dicebatur, per ſputationem ſalivae ſolam, quotieſcunque in cubiculo aegrorum verſabatur, ſubjungit, ‘ Saepe tabaco abutentes obſtruc‑ ‘ tionibus viſcerum abdominalium afficiuntur †.

DE DYSPEPSIA FUMO INDUCTA.

Priore parte hujus diſſertationis dixi pulverem dyſpepſiam inferre. Plantae fumus nimia copia hauſtus non minus ad eundem finem conducit. Imo id non fieri non poteſt, quum tanta ſalivae jactura, ut nuper dictum, ejus ſuccionem ſequatur.

Nullus quidem morbus chronicus plus his in regionibus nunc invalet, atque aeque inter plebes ac ditiores late pervagatur, quam dyſpepſia. Utrum vero ad coelum, aut ad morem vivendi, et ſimplicitatem victitandi neglectam, aut ad artes varias ſedentarias, quibus tot homines

† Vid. Comm. in aph. Boer. tom. 5. p. 175.

homines miſeri occupantur, aut ad haec omnia ſimul conjuncta, res referenda ſit, neſcio.

Vulgo herbae hujus fumum homines ſugunt ad flatum, ut dicunt, expellendum: Male vero, me judice, faciunt, quum plerumque flatus ex ventriculi atonia oriatur.

Praeter dotes ſalivae antea recenſitas, vim quoque ſtimulantem poſſidet; unde per ejus diſpendium plurimum laxatur ventriculus.

Praeterea, nicotiana inter narcotica ſtat, et haec omnia vim tonumque ejus deſtruunt.

Non abs re fortaſſe erit verba Hoffmanni de fumi nicotiana dare.

'Tu vero expectas a me judicium de fumi uſu illo quo-'tidiano? Audivi ab amico ex Anglia reduce, ſereniſ-'ſimum Regem Jacobum II. publice in academia Oxoni-'enſi diſputaſſe contra hanc fatuitatem, oſtenſis exemplis 'illorum, qui laboraſſent quidem diu inſanabilibus pecto-'ris morbis, deliriis, inſomniis, convulſionibus, &c. Poſt 'mortem autem inventi fuerunt pulmones habuiſſe totos 'nigros, et retorridos, non ſecus ac ſi fumo indurati eſſent. 'Audivi a militibus in Belgio verſatis, vidiſſe ſe diſſecta 'capita eorum, quibus patera cerebri ab anatomicis dicta, 'tota interius eſſe nigra, licet a carnifice interiiſſent. Au-'divi a patricio Norico, qui, in ſuperiori bello Bohemico, 'videt omnes qui in conflictu cum hoſtibus interierint 'Anglos, habere talia capita. Hinc diſcant ſapere illi 'qui ſapere alias nolunt †.'

Dum tamen haec de uſu ejus tradidi, concedere me decet, morem nunc multis Angliae partibus non, ut quondam, tam univerſe invaleſcere.

Triginta,

† Vid. Hoffm. p. 261, Sect. 30.

Triginta aut quadriginta quidem annos abhinc, ita increbuit, tum inter plebes et urbanos, tum in rure et in oppido, ut domicilium intrare haudquaquam potuiſſes, quod expers graveolentis ejus odoris fuit.

In multis vero hodie Angliae locis, plebs ipſa ab herba abſtinent; hoc ex auctoritate generoſi cujuſdam aſſero, variis Angliae partibus bene verſati, morumque populi ſatis ſtudioſi.

In aliis autem locis regni adhuc mos plurimum viget, praeſertim regionibus inſulae ſeptentrionalibus prope Scotiae confines.

Multi quoque, propter graves et diuturnos animi affectus, veluti moerorem, ad nicotianam confugerunt, non ſecus ac alii ad vinum, ut ſic curas depellerent, et in hoc modo conſuetudinem hanc malam contraxerunt. De hoc multi mihi ipſi faſſi ſunt, cum nimis ſero comperiiſſent amiſſam ab tabaco valetudinem. Varii alii certe ſunt modi, quibus curas et moerores levare tentent homines, neque minus efficaces, quos rectius faciant, ſi tales, loco ejus, experirent. Sed non nunc meum eſt eos indigitare.

Inter multa fumi hujus mala, bonum extat unum, quod, quamvis levius, me tamen de nicotiana tractantem recitare oportet; i. e. inſecta inde commode ſuffocari poſſe, ſi herbam incendas. Nam cubile culicibus infectum facile fumo hocce expurgare queas. Nihilominus, nicotianae fumum, fatemur, herbarum aromaticarum fumo, praeſertim tuſſilaginis farfaris, vix palmam praecipere poſſe.

Urbes fere ſemper, ubi domicilia confertim ſtruuntur, is inſectis infeſtantur. Igitur, hoc fine, ſi opus ſit, libere incolae tabaco utantur.

DE TABACI MANDUCATIONE.

Tertius modus nicotianam uſurpandi, et quidem peſſimus omnium quod ad ſanitatem, profeſſore Culleno judice †, eſt foliorum manducatio. Largae ſalivae copia inde item diſperditur, ex qua jactura homines emaciari dicuntur; exemplum cujus relatum habemus a Borello ‡, Imo, quantitas hujus liquoris multo major per manducationem, quam per fumum ipſam, expuitur. Probare ſupra conatus ſum, nicotianam appetitum delere partim diſpendio ſalivae, et partim vi ſua narcotica.

Indi hodie, atque olim, hoc ſolo propoſito herbam abunde maſticavere.

Profeſſor Home, de ſaliva tractans, autumat eam ſtimulantem vim poſſidere, unde oritur, illo judice, famis ſenſatio. Ventriculo vacuo, larga hujus quantitas deglutitur. Satis ſtabilitum hoc eſſe vir illuſtris putat, quoniam tumores ſaliva ſolvit, ſi externe applicetur ‖.

Certum eſt, quod, ſi in cuticulam manu eam infrices, levis calor partis ſentitur. Nunc ſi vis ſtimulans ei concedatur, tunc ventriculi atonia in ratione majoris copiae ejus exputae erit, quippe quia is ſtimulo hoc neceſſario carebit; unde jactura ejus famis ſenſationem minuet.

In regionibus calidis, univerſe et large incolae utuntur tabaco; cujus rei ratio me latet, et conſuetudini fortaſſe attribuenda eſt.

Buffon

† Praelect. de Dyſpepſia, 1777.

‡ Vid. Opera ejus.

‖ Praelect. Mat. Med.

Buffon ipse nos certiores facit de usu ejus in talibus mundi partibus, dicens, 'On the south banks of the river 'Senegal, the Negro women have the tabacco-pipe per-'petually in their mouths *.' Atque etiam idem, de Egyptis tractans, quoque affirmat, 'Their chief employ-'ment through the day is drinking coffee, smoaking to-'bacco, and chattering in the streets †.' Sed quod ad tabaci manducationem pertinet, Bontius non ejus usum solum, verum aliorum acrium masticatoriorum damnat ‡, qualia sunt *betele* in India Orientali multum usurpata, atque *ricinus Americanus*, &c.

Masticatoria dentes quoque laedunt; et idem de his haec habet verba. 'Ego masticatorium hoc, i. e. *betele*, longe 'antefero fumigio tabaci; verumtamen ipsius longus ac 'continuus usus (ut hominibus hic mos est),' i. e. in *India*, 'non solum dentes erodit, sed etiam excidere facit. Imo, non semel vidi aliquos, qui nondum juventutis terminos egressi, omnibus dentibus carebant ob usum beteles. Hinc etiam videas Indos rariores ostendere dentium ordines. . . . . . Moderatum usum pro dentifrico, ac ad commendationem halitus oris laudo; caeterum abusum, non minus ac *tabaci*, vitupero ‖.'

Inde patet, quam parum aestimabat Bontius hanc plantam, aliaque masticatoria.

Tabaci manducatio, praesertim regionibus calidis, tremores quoque manuum, cum ventriculi aciditate pariter

ac

* Vid. Buffon, vol. 3. p. 142. transl. by Smellie.

† Ibid. Vol. 3. p. 114.

‡ Vid. Bont. de morb. Ind. Orient.

‖ Ibid. p. 6.

ac ejus pulvis, indúcit. Exempla cujus pauca, quae aliquot abhinc annos in India Occidentali accidebant, nuper mihi a viro qui eas affectiones ipse exinde passus, relata erant.

Hoc malum gravius esse observabatur, quoties herba mane gustabatur; atque quod exinde oriebatur morbus, luculenter demonstratum fuit, ab salute ejus prorsus recuperata, tabaci masticatione relicta.

An pejores effectus calidis plagis quam frigidis edit hujus herbae usus? Ibi homines debiliores et laxiores a natura sunt, et facilius igitur forsan afficiuntur.

Sed sub frigidum coelum nullatenus spernitur: Hoc patet tum ex moribus Laponum, tum ex indigenis montium Caledoniae septentrionalis. Quod ad primum, audi Buffon. 'The Laplanders hunt the ermine, the lynx, the 'fox, and the martin, and barter their skins for brandy 'and tobacco †.' Et, quod ad secundam assertionem, ex auctoritate viri ingeniosi, indigenae hujus regionis, et qui totam fere hanc terram iterum iterumque peregrinavit, affirmo ‡.

Huc usque morbos ab nicotianae usu ortos obiter tractavimus; de manducatione ejus vix necesse videtur ulterius rem tangere, propterea quod eadem fere mala ac fumo atque pulvere oritura sunt, non tantum propter succum frequenter deglutitum, verum etiam propter magnum salivae dispendium.

Observare

† Vol. 3. p. 61. Smellie.

‡ Ex auctoritate nempe editoris et interpretis libri cujusdam, Caledonian Bards, dicti.

Obſervare autem liceat, rotulorum ejus manducationem dentes nigredine quoque obducere, atque tandem eos, herba diu uſitata, erodere.

Inter plebes, ubi indies invaleſcit tabaci utendi his omnibus modis conſuetudo, vix minus anxie quam cibus ipſe cupitur. Quanquam multi pauperes miſeri pretio cibi quotidiani pene vacent, a ſuo parco alimento tamen detrahunt, ut herbam emere valeant; neque inſolitum eſt eos exclamantes audire, ſeſe ſemel indies tantum veſci contentos eſſe, atque viliſſimo quoque cibo, potius quam tabacum abſtinere cogi.

Attamen, hac diſquiſitione de morbis ab uſu tabaci facta, aurem mihi vellit amicus. 'Cave, multi hodie existunt, qui infracta ſanitate adhuc potiuntur, quanquam per quinquaginta etiam annos, aut id manducavere, aut pulverem naribus farſierunt, aut forſan omnibus his modis ſimul herbam conſumpſerunt.'

Hoc verum eſſe haudquaquam negaverim; nullatenus vero doctrinam meam a ratione multiſque exemplis ſuffulcitam eruet.

Nam tum viri tum mulieres ſunt a natura conſtitutionibus ita praediti, ut nec tabaci uſus, nec aliae fere praediſponentes ad morbos cauſae, quamvis ſatis fortes, efficere queant. Dum, contra, delicati, debiles, valetudinarii, quorum genus nervoſum plus juſto ſenſile eſt, immunes nunquam ab ejus uſu immodico evadunt.

Si quis tamen, quod haud tam infrequenter accidit†, malignitate ejus, primo morbis inde variis inductis, demum moriatur, mors nequaquam huic herbae aſcribitur; quoniam ſtudioſi

† Vid. Ximen.

ſtudioſi ſemper mortales fuere ſua vitia celare, et delicias iſtas depravatas vi fere et armis defendere. Quare, cum Beclero, dicere neceſſe ſit, 'naribus tabacophilis, et 'fumibibulis ſuam relinquimus conſuetudinem incorrigi-'bilem †.' Eodem vero tempore non finem facere poſſumus, ſine admonitione Regis Jacobi, hac de planta tractantis, tabaci amatoribus referenda; cui, ſi obtemperarent, certiſſime ad ſanitatem multorum plurimum conferat.

'Tandum igitur, o cives,' monet ſereniſſimus auctor, 'ſi quis pudor, rem inſanam abjicite, ortam ex ignomi-'nia, receptam errore, frequentatam ſtultitia; unde et ira 'numinis accenditur, corporis ſanitas atteritur, res fami-'liaris arroditur, rem viſu turpem, olfactu inſuavem, ce-'rebro noxiam, pulmonibus damnoſam, et, ſi dicere liceat, 'atri fumi nebulis tartareos vapores proxime repreſen-'tantem.'

* * * * * *

Ad metam jam perveni; et diſſertationi finem tandem daturus ſum, quam variis maculis multiſque erroribus ſcatere profiteri non haeſito. Sed ab argumenti natura, in hac academia prorſus novi, ſpero me a lectoribus benigniſſimis excuſatum iri. Oſtium ad hunc tramitem vix adhuc intratum eſt. Non vero deſpero alios videre, quorum ingenia late prae noſtris praepolleant, viam clariori in luce poſthac recludentes, vireſque hujus herbae

† Vid. in Cynos. Herm. p. 544.

herbae ex uſu ejus communi pernicioſas, luculentiſſime demonſtrantes.

Reſtat nunc tantum, ut a ſtudiis diſceſſurus, Profeſſoribus gratias quam maxumas ex animo agam. Floreat Academia Edinenſis! floreat medicinae cultura! Ab hiſce meis praeceptoribus eruditiſſimis multa beneficia, per quadriennii ſpatium, intra aedes academicas commoratum, recepta, me reticere omnino nefas eſſet; prae te autem, Gregori, illuſtris juvenis, eruditiſſime Profeſſor, patris, heu, qui fuit! veſtigia arctiſſime premens, neminem mihi cariorem habeo; et tuae erga me benignitatis, morum comitatis, multique hoſpitii, olim meminiſſe juvabit. Neque ſub coelis aliis nomen tuum alienis a me commemoratum, ſine ſua merita laude, manebit.

F I N I S.

Tabularum Explicatio.

T A B. I.

Herba Nicotiana.


T A B. II.

Fig. 1. Inſtrumentum Clyſm. Gaubii.
A. Pixis tabacina.

Fig. 2. Idem inſtrum. ab Aiken reformatum, ubi apud A. inſtrum. clyſm. commune circum follis extremitatem ligatur.

Fig. 3. Inſtrum. ligneum Berrhenbroekii.
A. Pix. tabacin. ſtanno intus munita.
B. Papill. lignea, aut epiſtomium, per quod claudatur inſtrum. ne exeat fumus.

Fig. 4. Syrinx Monroiana.
A. Duplex ejus papill.
B. Extremitas ſyringis qua inſeritur tubus flexilis, C.
D. Pix. tabac. cujus extremitas a. In ſyringis papill. apud E. Inſeritur.


A.
Fig. 1.
C
A
Fig. 2.